XXXV. 3 Φθόνος. Invidia, vel fatum invidium. Vox illa plus æquo familiaris Gregorio. Nimirum a Gentilibus manavit illa vox, quam usurpare solebant, invidiæ deorum et invido fato omnia sua infortunia tribuentes. Fateri cogimur virum sanctum;

quamvis probe senserit, minus probas aliquando adhibuisse locutiones. — Judicium istud paulo durius libenter dixerim. CAILLAU.

XXXVI. 1 Παλαγεῦντες. An legendum παταγεῦντες? EDIT. PATROL.

Ἐ Εὐφημίας. Sic appellat terram in qua mortuus erat Euphemius. — Illic licentia usus, et coactus necessitate, Gregorius vocis Εὐφημίας quantitatem immutavit, longamque syllabam brevem reddere non est veritus; quod quidem eadem necessitate compulsi et nos imitari præsumpsimus. CAILLAU.

METRICA VERSIO.

XXXIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Quis, cujus? Proles jacet hac Euphemius urna
Amphilochi, cunctis gloria Cappadocis.
Turba dedit Charitum hunc Musis: jam læda jugalis
Splendebat; citior venit at invidia.

XXXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Musarum proles, comitum ver, nobile germen,
Florigeras Charites aurea vitta ligans,
Exiit e vivis Euphemius, atque fideli
Non tulit accensam sponsus amore facem.

B

XXXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sic Charites Musis: « Quid agendum? liquit imago
Facta manu nostra mortalem Euphemius auram. »
Sic Musæ ad Charites: « Quoniam crudelia fata,
Hæc habeant; maneat nobis inmobile votum:
Tanta super terram nunquam formetur imago. »

XXXVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Fontes, et fluvii, sylvæ, volucresque sonori,
Qui tenui canitis gutture, fronde super,
Tranquillumque ferens somnum molli aura susurro,
Et virides horti quo coeunt Charites,
Lugete. O præstans Euphemias! Ecce recedens
Nomine te celebrem reddidit Euphemius.

Κάλλιμος ἤθελεν Εὐφήμιος, εἴ ποτ' ἔην γε,
 Κάλλιμος ἐν χώροις χώρος δδ' Ἠλύσιος.
 Τοῦνεκεν εἰς ἐν ἀγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν εὖαιψεν·
 10 Οὐνομα δ' αὖ χώρῳ κάλλιπεν ἡγαθέψ.

ΑΖ'. Εἰς Ἑλλάδιον.

Αἰεὶ σοι νόος ἦεν ἐς οὐρανόν, οὐδ' ἐπὶ γαίης
 Ἥραιδες χθαμαλῆς ἔχνοιον οὐδ' ὀλίγον.
 Τοῦνεκεν ὡς τάχος ἦλθες ἀπὸ χθονός. Εὐλάλιος δὲ
 Ἐὴν κόνιν ἀμφιέπει σὸς κάσις, Ἑλλάδιε.

ΑΗ'. Ἄλλο.

Τὸν νεαρὸν, Χριστῶ δὲ μέγαν, πολὶὸν τε νόημα

Α Χῶρος δδ' ἀθλοφόρον, Ἑλλάδιον κατέχω.
 Οὐ νέμεσις. Καίνοις γὰρ ὀμοίον ἄλγος ἀνέτηλ
 Σθεννός ἀντιπάλου τοῦ φθονεροῦ μύθον.

ΛΘ'. Ἄλλο.

Μικρὸν μὲν πνεύσεκς ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκη,
 Πλείονα δὲ ζωῆς ὑπόθει μοῖραν ἔχεις,
 Ἑλλάδιε, Χριστοῦ μέγα κλέος· εἰ δὲ τάχιστα
 Δεσμῶν ἐξελύθης, τοῦτο γέρας καμάτων.

Μ'. Εἰς Μαρτινιαῶν.

Εἴ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασι αὖτος ἀπίστοις,
 Εἴ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος αἰεὶ φοβέων·

Pulcher inter adolescentes Euphemius, si quis unquam fuit,
 Pulcher in agris ager hic Elysus.
 Quapropter in unum convenerē, siquidem vitam amisit;
 10 Nomen autem loco reliquit divino.

1122-1123 XXXVII. In Helladium*.

Semper tua mens versabatur in cœlum, neque super terram
 Humilem firmabas vestigium vel paululum.
 Quam ob rem celerrime abiisti a terra. Eulalios vero
 Tuum cinerem amplectitur frater tuus, Helladi.

XXXVIII. Aliud**.

Juvenem, Christo autem magnum, senemque consilio,
 Locus hic martyrum, Helladium contineo.
 Nec indignandum. Illis enim similem dolorem sustinuit,
 Exstinguens inimici invidi pugnam.

XXXIX. Aliud***.

Parum quidem spirasti super terram carnis necessitate,
 Majorem vero vitæ in cœlis sortem habes,
 Helladi, Christi magnum decus; quod vero celerrime
 Vinculis solutus es, hoc præmium laborum.

XL. In Martinianum****.

Si quis Tantalus est inter infidas sitiens aquas,
 Si quis imminens capiti lapis semper terrens,

* Scriptum an. 371. — Alias Murator. 47. ** Scriptum an. 371 — Alias Murator. 48. *** Scriptum an. 371. — Alias Murator. 49. **** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 3.

9 Ἀγερθεν. Gratia, ut placet Muratorio, vel potius Euphemius et locus, cui moriens nomen reliquit.

XXXVII. ΤΙΤ. Εἰς Ἑλλάδιον. Quamvis Billius in notis ad Carmina Gregorii quæ edidit, non nisi unum Helladium agnoscat, alius is certe ab Helladio Basilio magni successore: alius, inquam, iste est, quandoquidem episcopus fuisse nunquam legitur, imo juvenis obiit. Quod ad Eulalium attinet, primum vitæ monasticæ institutum sectatus, deinde ut verisimile est, Ecclesiæ Nazianzenæ. cura Gregorii præfectus est.

XL. ΤΙΤ. Εἰς Μαρτινιαῶν. Gens Martinianorum

fuit illustris: plurimorum meminit Muratorius, quibus alios addere facile esset. Quis vero ille sit, ad quem pertineant epitaphia, non ausim asserere. Quidquid sit, is ille nobis esse Martinianus videtur, qui primum Africæ, deinde Romæ, et postea toti præfectus Italiæ fuit, ad quem exstat Basilii Magni epistola 74 novæ edit. (tom. III, pag. 168), olim 374, an. 371, qua eum rogat ut imperatorem adeat, et demonstret quanta ex distractione Cappadociæ consequantur incommoda. Omnia conveniunt, viri merita qualia Basilii commendat, ac patria quæ et in epist. et in epitaphiis in Martinianum Cappadociæ nomine designatur: viri autem merita ea sunt de quibus epistolæ

METRICA VERSIO.

Formosos pulcher juvenes Euphemius inter,
 Pulcher et in agris hic ager Elysus.
 Hinc ibi convenerē simul; nam lumina clausit;
 Sed terræ nomen contulit eximium.

XXVII. IN HELLADIUM.

(A. B. Caillau interprete.)

Semper mente polo præsens, vestigia terræ
 Fixisti nunquam sordida vel minimum.
 Tæde cito mundum liquisti: amplexibus ossa
 Frater at Eulalios nunc colit Helladii.

XXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Mente senens, magnumque Deo, juvenilibus annis,

B Victorum locus hic Helladium tenen.
 Nec subeat livor. Similes tulit ille dolores,
 Exstinguens hostis perfida tela mali.

XXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Spirasti paulum in terris, sic carne jubente,
 In cœlis mellor sed tibi vita datur,
 Helladi, honor Christi fulgens; quod vincula præsto
 Rupisti, hoc merces digna labore tibi.

XL. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Infidas si quis sinit inter Tantalus undas,
 Aut capiti terrens imminet usque lapis:

Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἤπαρ ἀλιτροῦ,
Καὶ πυρόεις ποταμὸς, καὶ ζόφος ἀθάνατος,
5 Ταρτάρου τε μυχοί, καὶ δαιμόνες ἀγριόθυμοι,
"Ἄλλαι τετυρμένων τίσις εἰν ἄδη·
"Ὅστις Μαρτινιανὸν ἀγακλέα δηλήσαντο
Τύμβον ἀνοχλίζων, δαίματα πάντα φέροι.

ΜΑ'. "Ἄλλο.

Οὐρέα σοι, καὶ πόντος, ἀπᾶσθαλε, καὶ πεδίοισι.
Τέρπη πυροφόροις, τετραπόδων τ' ἀγέλαις·
Καὶ χρυσοὸ τάλαντα, καὶ ἀργυρος, εὐγενέες τε
Ἄδες, καὶ Σηρῶν νήματα λεπταλέα·
5 Πάντα βίος ζῶοις· λίθοι δ' ὀλίγοι τε φλοῖι τε
Τοῖς φθιμένοις. Σὺ δέ μοι κἀνθάδε χεῖρα φέρεις,

Α Οὐδὲ σὸν αἰδόμενος, τλήμων, τάφον, ὅστις ἐλεσσεν
"Ἄλλος, τοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέροις.

ΜΒ'. "Ἄλλο.

"Ἦνίκα Μαρτινιανὸς ἔδω χθόνα μητέρα πάντων.
Πᾶσα μὲν Αὔσονίων ἐστονάχησε πόλις.
Πᾶσα δὲ Σικανίη τε καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
Κεῖρατ', ἀπ' ἀνθρώπων εἰχομένης Θέμιδος.
"Ἡμεῖς δ' ἀντί νυ σεῖο τάφον μέγαν ἀμφιέποντες,
Ἄλιν ἐπερχομένοις δειξόμεν ὡς τι σέβας.

ΜΓ'. "Ἄλλο.

Οἱ Χριστὸν φορέοντες, ἀκούσατε, οἱ τε θέμιστας
Εἰδότες ἡμερῶν καὶ φθιμένων δότην·

Laceratumque ab avibus immortale jecur impii,
Et igneus fluvius, et caligo perpetua,
5 Tartareique recessus, et dæmones crudelissimi,
Aliæ vexatorum pœnæ in inferis;
Quicumque Martiniano glorioso nocuerit
Sepulcrum submovens, hos omnes timores subeat.

XLI. *Aliud* ·.

Montes tibi sunt, et pontus, improbe, et campis
Frueis frugiferis, quadrupedumque gregibus;
Et auri talenta, ac argentum, nobilesque
Lapides, et Serum tenuia fila;
1124-1125 5 Omnia vita præstat viventibus : lapides autem pauci et chari
Mortuis. Tu autem mihi hic manum infers,
Neque tuum veritus, miser, ne sepulcrum quis perdat
Alius, tuis legibus manibus justioribus.

XLII. *Aliud* ··.

Quando Martinianus terram sublit omnium parentem,
Omnis quidem Italorum ingemuit civitas.
Universa vero Sicilia, et spatiosi fines terræ
Detonsi sunt, ab hominibus discedente justitia.
5 Nos autem pro te sepulcrum magnum complectentes,
Semper supervenientibus ostendemus, ut quid sacrum.

XLIII. *Aliud* ···.

Qui Christum fertis, audite, quique jura
Notis vivorum, et debitam mortuis reverentiam :

* Scriptum an. 372. — Alias Murator. 4. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 5. *** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 6.

cum epigrammatibus convenit, peritia rerum urbanarum varia ac multiplex, aulæ scientia, libera luendi juris constantia, faciliis ad imperatorem aditus, qui vitæ ejus totius instituto conveniret. Denique affecta Martiniani, quam ipse causabatur, ætas, et torpor senectutis, in annos multos obitum ejus et epitaphia rejicere non sinunt.

8 *Δαίματα*. Contra tumulorum violatores, τυμ-

ωρύχους, leges sanctitæ sunt ab imperatoribus. Vide eod. Theod. et Justin., tit. De sepulc. violatoribus.

XLII. 7 "Ὅστις ἐλεσσεν. Cod. Med. ἔν τις ἐλεσσει, neque tuum curans, miser, sepulcrum, quod quis perdet.

XLIII. 1 *Χριστὸν φορέοντες*. Hoc nomine solet appellare Gregorius sacerdotes, imo et Christianos.

METRICA VERSIO.

Si volucres tundunt jecur immortale maligni,
Si nox perpetua est, flumen et igniferum,
Tartareique sinus, infernalesque ministri,
Et pœnæ, si quas insuper orcus habet:
Quisquis, Martiniane, tibi insultaverit audax,
Bustum triste movens, hæc mala cuncta ferat.

XLI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sunt montes portusque tibi, sunt, improbe, campi
Fecundi frugum, quadrupedumque greges,
Argenti pondus fulgens, aurique talenta,
Perspicui lapides, serica fila quoque:
Omnia vivus habet: pauci charique lapilli
Defunctis. Audes in mea ferre manum;

B Nec, scelerate, times tua ne quis marmora perdat
Alter, lege tua, sed meliore manu.

XLII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Martinianus ubi subiit terram omniparentem,
Communes gemitus Italia terra dedit.
Sicula sed tellus, et lati limina mundi
Deposuerunt comas, dum fugit inde Themis.
Sed pro te complexus ego nunc grande sepulcrum,
Omnibus ostendam, pignora sacra velut.

XLIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Christiferi, quibus et vivorum cognita jura,
Vitali et functis luce ferendus honos,

Πάντα λίκον, βασίλεια, πάτρην, γένος, εὖχος ὑπάρχων Ἀ. Πᾶσι τάδε ζωοῖς ἐπιπέλλομαι· σὸ θέμις ἐστὶ
 Αἶ, αἶ, πᾶσιν· ὄμως νῦν κόνης εἰμ' ὀλίγη,
 Ὡς Μαρτινιανὸς πᾶσι τετιμένος, ἀλλ' ἐπὶ τύμβῳ
 Βάλλειν ἡμετέρῳ δάκρυα, μὴ παλάμας.

ΜΔ'. Ἄλλο.

Μουσοπόλον, βητήρα, δικασπόλον, ἄκρον ἄπαντα,
 Τύμβος ὅδ' εὐγενέτην Μαρτινιανὸν ἔχει,
 Ναύμαχον ἐν πελάγεσσι, ἀρήϊον ἐν πεδίοισιν.
 Ἄλλ' ἀποτῆλε τάφου, πρὶν τι κακὸν παθεῖν.

ΜΕ'. Ἄλλο.

Μὴ πόλεμον φοβιμένοισι (ἄλις ζῶντες ἄλιτροι),
 Μὴ πόλεμον φοβιμένοις· Μαρτινιανὸς ἐγώ.

ΜΓ'. Ἄλλο.
 Ὁ θέμι, τῇ πολλῶν ποτ' ἐγὼ νόμησα τάλαντα,
 Ὡ φοβεραὶ ψυχῶν μάστιγες οὐχ ὀσίων!
 Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει σπονδόντα σιδήρον·
 Οὗτος ἐμοῖ! φεῦ, φεῦ! ποῦ δὲ λίθος Σισύφου;

ΜΖ'. Ἄλλο.

Ὀλβίος, εὐγῆρος, ἀνοσος θάνον, ἐν βασιλῆος
 Πρῶτα φέρων, ἱερῆς ἄκρον ἔχω σοφίης,
 Εἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκούετε· ἀλλ' ἀπὸ τύμβου,
 Μῆδὲ φέρειν ἐπ' ἐμοὶ δυσμνάας παλάμας.

Omnia reliqui, palatia, patriam, propinquos, cum decori essem
 Heu, heu! omnibus: nihilominus nunc sum pulvis exiguus,
 Ὡς Martinianus cunctis honoratus: sed tumulo
 Nostro lacrymas, non manus injicite.

XLIV. *Aliud* .

Poetam, rhetorem, judicem, summum in omnibus
 Tumulus hic generosum Martinianum teneo,
 Navali praelio in mari insignem, bellicosum in terris.
 Sed procul este a sepulcro, ne quid mali patiamini.

XLV. *Aliud*

Ne bellum mortuis inferas, sat viventes impii (quibus bellum inferas),
 Ne bellum mortuis inferas; Martinianus ego.
 Omnibus hæc vivis mando: æquum non est
 Paucos invidere mortuis lapides.

XLVI. *Aliud* ***.

O Themis, qua urbium ego olim agitavi lances,
 O terribiles animarum pœnæ impiarum!
 Iste meis lapidibus immittit lacrymabile ferrum;
 Iste mihi! heu, heu! ubi nunc lapis Sisyphi?

1126-1127 XLVII. *Aliud* ****.

Beatus in senectute felici, sine morbo obiit, in aula
 Primas ferens, sacræ culmen habens sapientiæ,
 Si quemdam Martinianum audistis; sed procul a tumulo,
 Nec contra me inferet hostiles manus.

* Scriptum an. 372.—Alias Murator. 7. ** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 8. *** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 9. **** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 10.

3 *Εὖχος ὑπάρχων*. Cum decori essem omnibus, scilicet regibus, patriæ, propinquis, etc. Concedit ipse Muratorius vocem εὖχος commode posse conjungi cum verbo ὑπάρχων.

XLV. 1 Ἄλις ζῶντες. Sat impiorum vivunt, quibus bellum inferre possis.

XLVI. 1 Πολλῶν. Ion. pro πολλῶν. Med. πολλῶν.

4 *Σισύφου*. Tria superiora epigrammata unum constituunt in cod. Ambr.

XLVII. 1 *Ἐν βασιλῆος*. Sabauditur αὐλῆ, ut sup. Epitaph. xvi.

3 *Ἀκούετε*. Pro ἡκούετε. Ambr. ἀκούσατε. In utraque voce, inquit Muratorius, est aliqua licentia contra leges prosodiæ.

METRICA VERSIO.

Cuncta, genus, patriam, præclara palatia liqui,
 Laus olim cunctis, nunc cinis exiguus.
 Martinianus ego cunctorum excultus honore;
 Non inferte manus, sed lacrymas tumulo.

XLIV. ALIUD.

(A. B. Caillan interprete.)

Hæc tumulo rhetor, judex, gratusque poeta,
 In cunctis summus, Martiniane, jaces,
 Clara movere potens terris aut æquore bella;
 Sed mala ne veniant, sis præcua a tumulo.

XLV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sit pax defunctis; vivi sat crimine fœdi;
 Sit pax defunctis; Martinianus ego.

B Omnibus hæc vivis mando; paucissima mœstis
 Tollere defunctis marmora, grande nefas.

XLVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

O Themis, antè datum cujus librare bilances!
 O tormenta nimis mentis acerba malæ!
 Iste meis ferrum immittit lacrymabile petris;
 Iste mihi! Væ! væ! petra ubi nunc Sisyphi?

XLVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Morbi expers obiit, seniorque beatus, in aula
 Prima ferens, sacræ culmen habens sophiæ.
 Este procul tumulo, notus si Martinianus;
 Nec turbet cineres impia dextra meos.

MH. "Αλλο.

Χάζεο, χάζεο τηλε· κακὸν τὸν ἀεθλον ἐγείρεις,
 Ἄδας ἀνοχλίζων, καὶ τάφον ἡμέτερον·
 Χάζεο. Μαρτινιανὸς ἐγὼ καὶ ζῶσιν ὄνειρα,
 Καὶ νέκυς οὐκ ὄλιγον ἐνθάδε κάρτος ἔχω.

MO. "Αλλο.

Καππαδόκων μέγ' ἄεσμα, φαάντατε Μαρτινιανέ,
 Σειο, βροτῶν γενεή, καὶ τάφον αἰδόμεθα,
 "Ὅς ποτ' ἔης βασιλῆος ἐν ἔρκει κάρτος ὑπάρχων,
 Δουρὶ δὲ Σικανίην κήσαο, καὶ Λιδύην.

N. "Αλλο.

"Ὅμνυμεν ἀθανάτοιο Θεοῦ κράτος ὑψιμέδοντος,

A Καὶ ψυχὰς νεκύων, κύδιμα, σὴν τε κόνιν.

Μή ποτε, Μαρτινιανέ, τοῖς ἐπι χεῖρας ἐνεγκίην
 Στήλη καὶ τύμβω· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς.

NA. "Αλλο:

"Ρώμη, καὶ βασιλῆες ἔμοι, καὶ παίρατα γαίης
 Στήλαι Μαρτινιανῶ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει·
 "Ἄλλ' ἔμπης ὀλίγω περιδείδια, μὴ τι πάτησο,
 Τῷδε τάφω· πολλῶν οὐχ ὅσαι παλάμαι.

NB. "Αλλο.

Μαρτινιανοῦ σῆμα μεγακλῆος, εἴ τιν' ἀκούεις,
 Καππαδόκων "Ρώμης πρόθρονον εὐγένεον,
 Παντοίαις ἀρετῆσι κεκασμένον· ἀλλὰ κόνιν περ
 "Ἀζόμενοι, στήλην καὶ τάφον ἀμφιέπειν.

XLVIII. *Aliud* .

Discede, discede procul hinc : malum certamen excitas
 Lapidis submovens, et tumulum nostrum ;
 Discede. Martinianus ego et vivis utilis,
 Et mortuus non parvas hic vires habeo.

XLIX. *Aliud* ..

Cappadocum magnum decus, splendidissime Martiniane,
 Tuum nos mortalium genus et tumulum veneramus,
 Qui olim eras imperatoris in arcibus robur praefectorum,
 Armis vero Siciliam tenuisti, atque Africam.

L. *Aliud* "".

Juramus per immortalis Dei potentiam alte regnantis,
 Et animas mortuorum, tuumque, inclyte, cinerem,
 Nunquam nos, Martiniane, tuis manus illaturos
 Columnæ ac tumulo : neque enim fas est sacris inferre.

LI. *Aliud* "".

Roma, et reges mihi, et fines terræ
 Monumenta sunt Martiniano, quæ tempus non tollet ;
 Sed tamen exiguo huic vereor, ne quid patiatur,
 Sepulcro : multorum non sanctæ manus.

LII. *Aliud* "".

Martiniani monumentum inclyti, si quem audis
 Cappadocum Romæ præsidem nobilium,
 Omnibus virtutibus ornatum ; sed cinerem licet
 Venerantes, columnam et sepulcrum complectamini.

Scriptum an. 372. — Alias Murator. 11. " Scriptum an. 372. — Alias Murator. 12. "" Scriptum
 an. 372. — Alias Murator. 13. "" Scriptum an. 372. — Alias Murator. 14. "" Scriptum an. 372. — Alias
 Murator. 15.

XLIX. 1 "Ἀσιωμα. Cappadociæ laus dicitur Mar-
 tinianus sive a Cappadocia oriundus fuerit, sive
 hanc aliquando rexerit provinciam.

L. 4 Στήλη. Hoc nomine etiam cippus significari
 arbitratur Muratorius. Ibid. οὐδὲ γὰρ, etc., subin-
 telligendum, manus inferendæ sunt. Perinde est tuo
 tumulo manus inferre ac rebus sacris.

LI. 3 Πάτησο. Legendum forte πάθητο, vel πά-
 θοιτο, vel etiam πάθη σφ. — Forte melius nihil im-
 mutandum et vertendum, ne conculceris. CAILLAU.

LII. 4 "Ἀζόμενοι. Ex conjectura substituit Murat.
 In Ambr. legitur ἐξόμενοι. Ibid. ἀμφιέπειν. Subaud.
 ὀφείλετε, vel κελύω.

METRICA VERSIO.

XLVIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sis procul hinc, procul hinc ; prava hæc certamina
 [tentas

Dejiens tumuli marmora sacra mei.
 Martinianus ego, qui vivens utilis egi,
 Mortuus et grandi robore prævaleo.

XLIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gloria Cappadocum, clarissime Martiniane,
 Nos humana tuum gens colimus tumulum,
 Qui regis quondam præfectis robur, et armis
 Rexisti Libyam Sicilianque tuis.

L. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sit mihi nunc testis virtus æterna Tonantis,

B Defunctique manes, ossaque, clare, tua ;
 Nunquam nostra tuam tanget scelerata columnam,
 Martiniane, manus : tangere sacra nefas.

LI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Roma mihi, et reges, et terræ limina, testes
 Delendi nulla, Martiniane, die ;
 Sed tamen exiguo ne vis indigna feratur
 Huic tumulo vereor ; non pia quæque manus.

LII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cappadocum Romæ præses celeberrimus, audis
 Si fortasse, jacet Martinianus ibi ;
 Nulla cul deest virtus ; sed et ossa colentes,
 Amplexu bustum stringite grande pio.

ΝΓ'. Ἄλλο.

Ὅδ' ποτ' ἐγὼ φθιμένοισιν ἐπέχραον, οὐδ' ἀπὸ τύμβων
Ἔργον ἔγειρα· δίκην θνυμι, καὶ φθιμένους.
Τούνεκα μηδ' ἐπ' ἐμοῖσι φέρειν λάεσσι σιδήρον·
Εἰ δὲ φέροις, τὴν σὴν ἐς κεφαλὴν πασέτω.

5 Μαρτινιανὸς ἐγὼ τάδε λίσσομαι· εἰ τις ἐμεῖο
Κυδέος ἔσται χάρις, τύμβος αὐτὸ μανέντω.

ΝΔ'. Εἰς Ἐμμελίαν τὴν μητέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ἐμμελίον τέθνηκε. Τίς ἔφρασεν; ἢ γε τοσοῦτων
καὶ τοίων τεκίων ὄψε φάος βιώτω,
Υἱάς, ἢδὲ θυγάτρας ὁμόζυγας ἀζυγίας τε,

Α Ἐύπαις καὶ πολύπαις ἦδε μόνῃ μερόπων.

5 Τρεῖς μὲν τῆδ' ἱερῆς ἀγακίεας· ἢ δ' ἱερῆος
Σύζυγος· οἱ δὲ πέλας ὡς στρατὸς οὐρανίων.

Θάμβος ἔχει μ' ὀρώοντα τόσον γόνον Ἐμμελίου,
καὶ τοῖον, μεγάλης νηδύος ἔλθον ὄλον.

Ἦς δ' αὐτὴν φρασάμην Χριστοῦ κτεαρ, εὐσεβὲς αἷμα
10 Ἐμμελίου, τὸδ' ἔφην οὐ μέγα· ῥίζα τόση.

Τοῦτό σοι εὐσεβίης ἱερὸν γέρας, ὧ παναρίστη,
Τιμὴ σὺν τεκείων, οἷς πόθον εἶχας ἕνα.

ΝΕ'. Εἰς πατέρα.

Ἐνθ' ἑκατονταέτης, ζωῆς βροτέης καθύπερθεν,
Πνεύματι καὶ θάκω τεσσαραχονταέτης,

1128-1129 LIII. Aliud.

Nunquam mortuos violenter adorsus sum, neque ex sepulchris

Lucrum feci: justitiam juro, et mortuos.

Quapropter neque in meos immitte lapides ferrum;

Sin autem immittas, tuum in caput cadat.

5 Martinianus ego hæc rogo; si qua mei

Honoris est gratia, sepulchrum semper maneat.

LIV. In Emmelium matrem Magni Basilii.

Obiit Emmelium. Quis dixisset? illa quæ tot

Ac talium natorum dedit jubar mundo,

Filios, et filias nuptas, innuptasque,

Felix et secunda una mortalium.

5 Tres quidem illi sacerdotes inclyti: ipsa autem sacerdotis

Compar: qui vero prope secuti sunt velut exercitus cælestium.

Stupor me habet videntem tantam sobolem Emmelii,

Et talem, gloriosi uteri integram opulentiam totam.

Ut vero ipsam appellavi Christi possessionem, pium sanguinem

10 Emmelii, hoc dixi non magnum: tanta est radix.

Hoc tibi pietatis sacrum præmium, o præstantissima,

Honor filiorum tuorum, quibuscum unum desiderium habuisti.

LV. In patrem.

Hic centum annos natus, supra vitæ humanæ cursum,

Spiritu et cathedra quadraginta annis exactis,

* Scriptum an. 372. — Alias Murator. 16. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 130. *** Scriptum an. 374. — Scriptum an. 374. — Alias Murator. 71.

LIII. 2 Ἔργον. *Lucrum feci, id est, materiam fabricæ causa abstuli: opus aliquod erexi ablati scilicet e tumulo lapidibus.*

LIV. Τίς. *Εἰς Ἐμμελίαν.* Reg. Ἐμμελίον. Sanctæ hujus mulieris mentio sit in martyrologio Romano die octava maii.

4 Πολύπαις. Decem habuit liberos, ex quibus mæculi quinque, Basilius magnus, Naucratius, Gregorius Nyssenus, Petrus Sebastenus. Quinti a Philostorgio memorati, et monasticam vitam professi

nomen nos latet. Quinque etiam filias, quarum non nisi unam novimus. Forte etiam Theosebia ex iis una fuit, quam Muratorius non sororem, sed uxorem Gregorii Nazianzeni, aut Nysseni, falso sibi persuasit.

6. Σύζυγος. *Compar, adjatrix, diaconissa, non uxor.*

LV. 1 Ἐκατονταέτης. Gregorius pater, annos natus fere centum, vivere desiit an. 373.

METRICA VERSIO.

LIII. ALIUD.

(A. B. Caillass interprete.)

Defunctos nunquam læsi, fractisve sepulchris

Lætra tuli: testes jns cineresque voco.

Non ergo in nostros lapides immitte ferrum;

Sin aliter, recidat percutiatque caput.

Martinianus ego precor hæc: jam restat honoris

Gratia si qua mei, sit super usque lapis.

LIV. IN EMMELIUM MATREM MAGNI BASILII.

(Eodem interprete.)

Emmelium cessit fato. Quis dixerit? Illa,

Lumina quæ mundo talia, tanta dedit,

Næpæ mares, junctasque viro, innuptasque puellas:

B Nulla beata magis, non magis ulla ferax.

Tres illi clari mystæ; mystæ inclyta compar;

Qui venere dehinc, agmen ut angelicum.

Miranti stupor incumbit, quæ quantaque proles

Emmelii, claræ ditis opes uteri.

Cum Christi proclamo bonum, sacrumque cruorem

Emmelii (est radix tanta), minor loquor.

Hoc munus pietatis adest, honor inclyte proliæ,

Quacum eadem semper vota fuere tibi.

LV. IN PATREM.

(Eodem interprete.)

Nata annos centum, mortali longior ævo,

Atque quaterdenis sceptra suprema gerens,

Μελιχος, ἡδυσπής, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
Νήδυμον ὕπνον ἔχω Γρηγορίου δέμας.

5 Ψυχὴ δὲ πτερόεσσα θεὸν λάχεν. Ἄλλ' ἱερῆς
Ἐξόμενοι κείνου καὶ τάφον ἀμφέπετε.

NC'. Ἄλλο.

Ἐκ μὲ πικρῆς ἐκάλεσσε θεὸς μέγας ἀγριελαίης·
Ποίμνης ἡγεμόνα θῆκε τὸν οὐδ' ὄτων
Ἐσχάτον. Ἐκ πλευρῆς δὲ θεόφορος ὄλβον ἐνειμα.
Γῆρας ἐς λιπαρὸν ἰκόμεθ' ἀμφοτέρω.

5 Ἴρδ' ἐμῶν τεκίων ἀγανώτατος. Εἰ δὲ τελευταίην
Ἐτλῆν Γρηγόριος, οὐ μέγα· θνητὸς ἔην.

NZ'. Ἄλλο.

Εἰ τις ὄρους καθύπερθεν ἀγνῆς ὁπὸς ἔπλετο μύστης

Dulcis, suaviloquus, clarus Triadis interpres,
Dulcem somnum carpo Gregorij corpus.
5 Anima vero evolans Deum invenit. At sacerdotes
Habentes illius sepulcrum complectimini.

LVI. Aliud'.

Me ex amaro vocavit Deus magnus oleastro,
Gregis ductorem dedit, qui neque ovium
Eram novissima. E costa autem pia felicitatem tribuit.
In senectutem beatam pervenimus ambo.
5 Deo sacer fuit meorum filiorum mitissimus. Si autem mortem
Oppetii ego Gregorius, non mirum; mortalis eram.

1130-1131 LVII. Aliud'.

Si quis supra montem puræ vocis arcanae fuit auditor
Moyses, magni quoque Gregorii mens,
Quem olim, cum longe esset, gratia magnum pontificem
Posuit, nunc vero sacram prope est Triadem.

LVIII. Aliud'.

Ipse templum erexi Deo, et dedi sacerdotem
Gregorium puræ illustrem Triadi,
Nuntium veritatis magnisonum, pastorem populo,
Adolescentem sapientiae utriusque consiliarium.
5 Fili mi, in aliis quidem, patre quoque præstantior sis,
Mansuetudine autem par: non quidquam amplius
Precari fas est: et ad maturam senectutem,
Qualem ego nactus sum, o felix, pervenias.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 72. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 73. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 74.

4 Ἐχω. Murat. mallet ἔχει.

6 Ἐξόμενοι. Libenter legeret Murat. ἀζόμενοι.
LVI. 3 Ἐκ πλευρῆς. Ad Evam respiciens, costæ nomine uxorem significat.

LVII. 2 Νόος. Id est, *audivit quoque Gregorius.*

LVIII. 1 Ἐρεψα. Schol. κατεσκέυασα.

4 Ἥθεον. Mirum videri potest, quod se ipsum laudet. Ibid. ἀμφοτέρως. Schol. τῆς θύραθεν, καὶ τῆς ἡμετέρας, utriusque sapientiae, externae et nostrae,

profanae et sacrae.

5 Τέκνον ἐμόν. Ita lib. II, sect. 2, carm. v, vers. 11.

6 Τὴν δ' ἀγανοπροσύνην. Reg. 991 πραύτητα. Schol. 991 τὴν δὲ πραύτητα πλέον ἐκείνου γενέσθαι οὐκ ἀπάξιόν ἐστιν εἰσεσθαι. At quoad mansuetudinem, ut illum superes, optare nefas.

8 Τόλου κηδεμόνος. Tali dace. Mox ἀντιτάσας. Mallem ἀντιτάσας.

METRICA VERSIO.

Interpres dulci Triadis modulamine clara,
Gregorii somnos hic caro carpo leves.
Mens sublata Deum sed repperit. Alma, miastri
Sacra, amplexu busta fovete pio.

LVI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Me Deus agresti magnus præscidit oliva,
Præfecitque gregi, qui prius inter oves
Non extremum eram. Sancta mihi gaudia costa
Pura dedit; vitam duxit uterque senex.
Mysta Deo comis natus. Si morte quievi
Gregorius, non res mira; caducus eram.

LVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

uræ audivit Moses mysteria vocis

B Monte super, magni mens quoque Gregorii,
Quem longe quondam stantem, sacra gratia ma-
gnum
Pontificem posuit, nunc habet alma Trias.

LVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Ipse Deo templum erexi, statulque ministrum
Illustrem puræ Gregorium Triadi,
Magnisonum veri lituum, populoque bulbulcum,
Qui juvenis sophiam suadet utramque sagax.
Patre tuo in cunctis, filii, præstantior esto,
Sed pariter mitis. Non meliora licet
Poscere: maturæ tu, fortunatæ, senectæ
Gaudia percipias, qualia nactus ego.

ΝΘ. Ἄλλο.

Ὅσα τις, εἴτ' ὄϊων προφερέστατος, αὐτὰρ ἔπειτα
Ποιμὴν, εἶτα πατὴρ καὶ νομῆς νομῶν,
Θητῶς ἀθάνατόν τε Θεὸν μέγαν εἰς ἓν ἀγέρων,
Κεῖμαι Γρηγόριος Γρηγορίου γενέτης.

Ξ. Ἄλλο.

Ὀλιός, εὐγῆρος, εὐπαις, θάνον ἀρχιερός
Ἀρχιερεὺς τε πατὴρ Γρηγόριος. Τί πλέον;
Ὅσα μὲν ἐς πολύκαρπον ἄλωην ὄβριος ἦλθον,
Ἐμπα δὲ τῶν προτέρων πλείονα μισθὸν ἔχω.

ΞΑ. Ἄλλο.

Γρηγόριος, ποιμὴν τε καλῶς, καὶ πλείονα ποιμνῆν

Α Χριστῷ ἀναθρέψας ἦθεσι μελιχίοις,
Ὅυχ ὁσῆς βίξεως μὲν ἐγὼ θάλος, εὐαγέος δὲ
Συζυγίης κεφαλῆ, καὶ τεκῶν τριάδος,
5 Ποίμνης ἠγεμονεύσας ὁμόφρονος, ἔνθεν ἀπῆλθον
Πλήρης καὶ χθονίων, κ' οὐρανίων ἐτέων.

ΞΒ. Ἄλλο.

Γρηγόριος, τόδε θαῦμα, χάριν, καὶ Πνεύματος ἀγίην,
Ἐνθένδ' αἰρόμενος, βίψ' ἐπὶ παιδί φιλίῃ.

ΞΓ. Ἄλλο.

Τυτῆ μάργαρός ἐστιν, ἀτὰρ λιθάκεσσι ἀνάσσει·
Τυτῆ καὶ Βηθλεὲμ, ἔμπα δὲ Χριστοφόρος.
Ὅς δ' ὀλέγην μὲν ἐγὼ ποιμνῆν λάχον, ἀλλὰ φερίστην,
Γρηγόριος. Τὴν σὺ, παῖ φιλε, λίσσομα', ἄγοις.

LIX. *Aliud* *.

Non ovis, deinde ovium prima, postea vero
Pastor, deinde pater et pastor pastorum,
Mortales immortalemque Deum magnum in unum colligens,
Jacet Gregorius Gregorii genitor.

LX. *Aliud* **.

Beatus, senectute bona, bonis filiis donatus, obii, pontificis mortuus sum
Pontifexque pater Gregorius. Quid amplius?
Non quidem in frugiferam vineam matutinus veni.
Attamen prioribus majorem mercedem habeo.

LXI. *Aliud* ***.

Gregorius, pastor egregius, et potioem gregis partem
Christo cum educassem moribus dulcibus,
Non sanctæ radicis equidem ego germen, sanctissimi autem
Conjugii caput, et trium liberorum,
5 Gregem cum gubernassem unanimum, hinc abii
Plenus et terrestrium et cælestium annorum.

1132-1133 LXII. *Aliud* ****.

Gregorius, id autem mirum, gratiam et Spiritus splendorem,
Hinc sublatus effudit in charum filium.

LXIII. *Aliud* *****.

Pusilla margarita est, sed gemmis imperat:
Parva et Bethlehem, attamen Christum tulit.
Ita ego parvum quidem sortitus sum gregem, sed optimum,
Gregorius. Hunc tu, dilecte fili, precor, regas.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 75. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 76. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 77. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 78. ***** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 79.

LIX. 3 Ἀγρίων. Id est, adducens ad cultum Dei
per hostias quas offerebat: διὰ τῶν τελομένων μοι
θύμάτων. Schol. 991.

LX. 1 Ἐβραις. Schol. 991 καλλιπαις, *pulchra prole
patris.*

2 Τί πλέον; Schol. Τί τούτων μείζον; *Quid his
majus?*

LXI. 1 Πλείονα. Reg. 991 πλονα, et sup. lin. κατ'
εὐσέθειαν.

4 Τριάδος. Sup. lin. 991 τριών.

6 Ἐτέων. Schol. 991 τῶν τε μενούσων (sic) ὁμοίως
καὶ τῶν λυομένων.

LXII. Τίτ. Ἄλλο. Suspiciatur Murat. hoc disti-
chon Theologo non ascribendum, maxime cum
illud Scholiastes prætermiserit.

METRICA VERSIO.

LIX. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Non ovis, hinc ovium princeps, ac postea pastor,
Dein et pastorum duxque paterque gregis,
Mortales simul innocens Numenque perenne,
Gregorius jaceo, Gregorii genitor.

LX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Felici senio felix natisque subivi,
Mysta, pater mystæ, funera Gregorius.
Ad vineas quidem primo non mane cucurri,
Sed tamen in priinis præmia magna fero.

LXI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gregorius postquam formassem munere plures

PATROL. GR. XXXV. II

B Pastor oves sacro, moribus et placidis:
Non sanctæ germen radicis, sed caput idem
Sancti conjugii, triplicis et sobolis,
Unanimi grege directo, gravis inde recessi
His annis, quos dat terra polusque piis.

LXII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Dona Dei, Flamenque nitens, mirabile! fudit
In charam moriens Gregorius sobolem.

LXIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Parvula gemma licet, Japidi tamen imperat omni:
Parva licet, Christum protulit et Bethlehem.
Sic mihi grex parvus, sed et optimus obtigit olim
Gregorio. Hunc, fili, tu, precor, usque regas.

ΕΔ'. Ἄλλο.

Ποιμενὴν σύριγγα τεαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔθηκα
Γρηγόριος· σὺ δὲ μοι, τέκνον, ἐπισταμένως
σημαίνειν, ζωῆς δὲ οὐρας πετάσειας ἅπασιν,
Ἐς δὲ τάφον πατέρος ὤριος ἀντίασαις.

ΕΕ'. Ἄλλο.

Στράψεν, ἐν οἷς τοπάρουθεν ἐν οὐρεὶ Χριστοῦ ἀμει-
[φθη·
Στράψε δὲ Γρηγορίου τοῦ καθαροῦ νόμῳ,
Ἰῆμος ὅτ' εἰδώλων ἐφυγε ζόφον· ὡς δὲ καθάρ-
[θη
Ἴησι θυηπολαίαις, λαὸν ὄν εισέτ' ἄγει.

Α ΕΓ'. Εἰς τὴν μητέρα ἔκ τοῦ θουσιαστηρίου
προσληφθεῖσαν.

Παντός σοι μύθοιο καὶ ἐργματος ἦεν ἔρεισμα
Ἦμαρ Κυριακόν· πένθει πένθος ἅπαν,
Μῆτερ ἐμῆ, τίουσα, μόναις ὑπόκειες ἑορταῖς·
Εὐφροσύνης, ἀχέων ἴστορα νῆδν ἔχετ.
5 Χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφραγίζετο, μῆτερ,
Μοῦνψ δὲ σταυρῷ πῆγγυτο καὶ δάκρυα.
Οὐ ποτε σεῖο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῦτα,
Οὐδὲ διὰ στομάτιον ἦλθε βέβηλον ἔπος,
Οὐδὲ γέλωσ μαλακῆσιν ἐφρίζανε, μύστι, παρειαῖς.
10 Σιγῆσω κρυφίους σεῖο, μάκαιρα, πόρους.
Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι· τοῖα δὲ ἔκτοθι πᾶσι πέφανται.
Τοῦνεκα καὶ θείψ σῶμ' ἀπέλειπες ἔδει.

LXIV. *Aliud*'.

Pastoritium lituum tuis in manibus deposui
Gregorius. Tu vero, fili mi, scite
Impera, viteque portas omnibus aperi,
In paternum autem sepulcrum maturus veni.

LXV. *Aliud*''.

Refulsit olim Christus, cum in monte transfiguratus est:
Refulsit etiam puri Gregorii intellectui,
Tunc cum idolorum fugit noctem. Ex quo autem mundatus est
Suis sacrificiis, populum suum usque adhuc regit.

LXVI. *In matrem ex altari assumptam*'''.

Omnis tibi verbi et operis firmamentum erat
Dies Dominicus. Luctu luctum omnem,
Mater mea, honorans, solis cedebas festis:
Lætitiae et dolorum testem templum habebas.
5 Omnis locus tuis lacrymis signatus erat, mater,
Sola vero cruce configebantur et lacrymae.
Nunquam mensa sacrificii tua vidit terga,
Neque per ora venit profanus sermo,
Neque risus mollibus insedit, o sacris initiata, genis.
10 Tacebo occultos tuos, o beata, labores.
Et hæc quidem intus. Quæ vero foris, omnibus manifesta sunt:
Quapropter et divino corpus reliquisti templo.

[* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 80. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 81. *** Scriptum
an. 374. — Alias Murator. 82.

LXIV. 1 *Ποιμενὴν*. Reg. Med. ποιμενικήν.4 *Πατέρος*. Reg. 991 πατέρων. Mox ὤριος. Schol.
991 πλήρης ἔλθοις ἡμερῶν.LXVI. Tit. *Εἰς τὴν μητέρα*. Nonna, quo nomine
olim sanctimonialia appellabantur, uxor Gregorii,
ipsi et omnibus liberis superstes præter Gregorium
Nazianzenum, dum in templo oraret, improvisa
morte correpta est anno 374. Græci et Latini v Aug.
ejus festum celebrant.2 *Πένθει πένθος*. Nonnulla hic occurrunt, quæ
ut cum Muratorio loquar, Delio natatore videntur
indigere, atque in primis verba hæc πένθει πένθος

ἅπαν. Sic ea intelligi posse conjicit vir doctus:
« O mater mea, luctum omnem, hoc est, dies mi-
nime festos, sive dies jejunii luctu honorans, solis
cedebas festis, id est, remittebas de luctu. Deinde
gaudendi et flendi tempora et templo sumebas, sive
omnibus diebus in templo orabas, tum diebus pœnitentiae,
tum etiam lætitiae. »

9 *Μύστι*. *Sacris initiata*; forte diaconissa erat.
Eam ob causam supra epitaph. 22, Gorgonium dicit
μύστις, *sacris initiata*, et epist. nunc 197, olim
95, Theosebiam Gregorii Nysseni sororem, τὴν ὄν-
τως ἱερὰν, *vere sacram*, appellat.

METRICA VERSIO.

LXIV. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Ecce pedum moriens tibi pastorale renisi
Gregorius. Scita, tu rege, nate, manu,
Et vitæ cunctis felicia limina pande,
Maturusque veni tu patris in tumulum.

LXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Monte olim Christus fulsit mutatus in alto;
Gregorii puro fulsit et ingenio,
Cum noctem erroris fugit: quo tempore sacris
Mundatus propriis, dirigit usque gregem.

B

LXVI. IN MATREM EX ALTARI ASSUMPTAM.

(Eodem interprete.)

Omnis erat verbi column factique supremo
Sacra dies Domino. Mater honore colens
Luctum omnem luctu, cedebas non nisi festis;
Lætitiae testes templa; doloris item.
Chara, tuis, mater, lacrymis loca cuncta madebant;
Crux tristes lacrymas sistere sola potens.
Mensa tuum nunquam vidit sanctissima tergum,
Nec sermo venit pura per ora malus,
Nec tumidis est visa genis proferre cachinnum.
Occultum, o felix, lingua tacebit opus.
Intus et illa quidem. Norunt extrinseca cuncti
Hinc tua delubro membra relicta Dei.

ΣΖ'. Ἄλλο.

Α

ΣΗ'. Ἄλλο.

Πῶς ἐλύθη Νόννης καλὰ γούνατα; πῶς δὲ μέμυκε
 Χεῖλα; πῶς ἔσταν οὐ προχέει λιθάδας;
 Ἄλλοι δ' αὖ βοῶσι παρ' ἥριον· ἦδε τράπεζα
 Οὐκέτ' ἔχει καρπούς τῆς μεγάλης παλάμης.
 5 Χῶρος δ' ἔστιν ἔρημος ἀγνοῦ ποδός· οἱ δ' ἐσ-
 [ρῆες
 Οὐκέτ' ἐπὶ τρομερὴν κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
 Κῆραι δ' ὀρφανικοὶ τε, τί ῥέξετε; Παρθενίη δὲ,
 Καὶ γάμος εὐζυγέων κέρσατ' ἀπο πλοκάμους.
 Ἰοῖσιν ἀγαλλομένη, κάροτος φέρε πάντα χαμάζε,
 10 Τῆμος ὅτ' ἐν νηφῷ ῥικνὸν ἀφῆκε δέμας.

Σάρρα σοφὴ τίουςα φίλον πόσιν· ἀλλὰ σὺ, μήτηρ,
 Πρῶτα Χριστιανὸν, εἶθ' ἱερῆα μέγαν
 Ἐὸν πόσιν ἐσθλὸν ἔθηκας, ἀπόπροθι φωτὸς ἔδοντα.
 Ἄννα, σὺ δ' οὐα φίλον καὶ τέκας εὐξαμένη,
 5 Καὶ νηφῷ μιν ἔδωκας ἀγνὸν θεράποντα Σαμουήλ·
 Ἢ δ' ἐτέρῃ κόλπῳ Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν·
 Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος. Ὑστατίον δὲ
 Νηφῷ λισσομένη, πάρετο σῶμα φίλον.

ΣΘ'. Ἄλλο.

Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιώοντα,
 Καὶ βροτὸν Αἰτναίου πυρὸς κρατῆρες ἔδειξαν.

1134-1135 LXVII. *Aliud*.

Qui soluta sunt Nonnæ bona genua? qui clausa
 Ejus labia? qui ex oculis non fundit lacrymas?
 Alii autem clamant circa tumulum: hæc mensa
 Non amplius habet fructus magnæ dexteræ.
 5 Locus iste vacuus est casto pede; hi vero sacerdotes
 Non amplius tremulam ejus capiti admovent manum.
 Viduæ autem, et orphani, quid facietis? Virginitas quoque
 Et nuptiæ proborum conjugum comas totonderunt.
 His ornata erat; sed fortiter omnia in terram tulit,
 10 Tunc, cum in templo rugosum reliquit corpus.

LXVIII. *Aliud*''.

Sara sapiens dilectum coluit sponsum; sed tu, mater,
 Primo Christianum, deinde sacerdotem magnum
 Tuum sponsum bonum effecisti, cum longe esset a lumine
 Anna, tu filium dilectum et peperisti per preces,
 5 Et templo eum dedisti purum famulum Samuelem.
 Altera vero sinu suo magnum Christum complexa est:
 Nonna autem utriusque sortita est decus. Postremo autem
 Templo orans dilectum corpus deposuit.

LXIX. *Aliud*'''.

Empedocles, te quidem improvise frustra superbientem
 Et mortalem Ætnæ ignis crateres ostenderunt.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 83. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 84. *** Scriptum
 an. 374. — Alias Murator. 85.

LXVII. 1 Πῶς ἐλύθη. Genibus flexis obiit Noana
 in templo.

2 Προχέει. Reg. Med. προχέεις.

3 Ἦδε τράπεζα. Mensa ista, altare oblationibus
 Nonnæ non jam amplius onustum.

9 Κάροτος. Non vertit Muratorius, neque enim in-
 tellexit quis sit in hoc loco hujus verbi usus. Forte
 κρατῆρες.

LXVIII. 4 Ἄννα. Vid. I Reg. 1.

6 Ἢ δ' ἐτέρῃ. Altera Anna prophetissa, Phanuel-
 lis filia, quæ non discedebat de templo. Luc. 11, 36.

LXIX. 1 Ἐμπεδόκλεις, etc. Empedocles, ut pro
 Deo haberetur, in Ætnæ caminum se præcipitem
 dedit, ne quod corporis vestigium superesset. Ve-
 rum ferreæ illius crepidæ per flammam rejectæ, de-
 mentis philosophi fraudem prodidere. Vide lib. 11,
 sect. 2, carm. vii, vers. 281.

METRICA VERSIO.

LXVII. ALIUD.

B

LXVIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Qui Nonnæ genibus tacuerunt labra solutis?
 Qui non jam lacrymis lumina sicca madent?
 Eroritur clamor tumulo: Mensa ergo verenda
 Non habet augustæ munera sacra manus.
 Iste locus castis pedibus vacat. Ergo sacerdos
 Non dextram ponit subtremulam capiti?
 Heu! quid agent viduæ? quid et orphanus? Ecce
 [totondit
 Virginitas crines conjugiumque probum.
 His ornata: tulit sed fortiter omnia terræ,
 Cum templo liquit membra caduca sacro.

(Eodem interprete.)

Sponsum olim coluit dilectum Sara: maritum
 Christi ex discipulo, postea pontificem
 Tu, pia, fecisti, mater, cum lumen abesset.
 Natum per sanctas edidit, Anna, tuus
 Venter; dextra pium Samuelem vomit ad aras.
 Altera sed Christum fovit et Anna sinu.
 Nonna sed ambarum tenuit decus. Ipsa sed orans
 Membra sacro tandem liquit amata loco.

LXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Iguiferæ, Empedocles, subito te vana tumentem
 Mortalemque Ætnæ demon-stravere cavernæ.

Νόννα δ' οὐ κρατῆρας ἐσθλάτο· καὶ δὲ τραπέζῃ
 Τῆδέ ποτ' εὐχομένη, καθαρὸν θύος, ἔθθεν ἀέρθη,
 5 Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
 Σουσάννῃ, Μαρριάμ τε καὶ Ἄννας, ἔρμα γυναικῶν.

O'. Ἄλλο.

Ἡρακλῆς, Ἐμπεδοτῖμῃ, Τροφῶνιῃ, λήξατε μύθων,
 Καὶ σύ γ' Ἀρισταίου κενεαυχέος ὄφρ' ἄπιστε·
 Ὑμεῖς μὲν θνητοί, καὶ οὐ μάκαρες παθέεσσι.
 Θυμῶ δ' ἄρβρενὶ Νόννα βίου τιμῆα καλέυθον,
 5 Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμοιο περιφρῶν,
 Ἥλατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκον,
 Τρὶς μάκαρ ἐν νηῶ σῶμ' ἀποδυσσαμένη.

Nonna vero crateres non insiluit : sed ad altare
 Hoc olim orans, pura hostia, hinc sublata est,
 5 Et nunc excellit inter pias mulieres
 Susannam, Mariam et Anuas, columen mulierum.

LXX. *Aliud*'.

Hercules, Empedotime, Trophonie, temperate fabulis,
 Et tu, Aristæi vana jactantis supercilium insidum :
 Vos quidem mortales et nequaquam beati ob animi morbos.
 Masculo autem animo Nonna vitæ secans viam,
 1136 1137 5 Christifera, crucis cultrix, mundi contemptrix,
 Insiluit cœlestem in currum, ut desiderabat,
 Ter beata in templo corpore exuta.

LXXI. *Aliud*''.

Gregorium inclamans per floribus ornatas vineas
 Occurrebas, mater mea, peregre venientibus,
 Manus extendens dilectas dilectis filiis,
 Gregorium inclamans. Fluxit autem sanguis matris
 5 Super utrumque filium, et maxime vero super alumnium uberis.
 Idcirco te his quoque carminibus, mater, decoravi.

LXXII. *Aliud*'''.

Fili mei uberis, sacrum germen, quantum te desiderans
 Abeo in vitam, Gregori, cœlestem.
 Etenim multa tolerasti, meam curans patrisque
 Senectutem, quæ et Christi magnus liber habet.

' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 86. '' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 87. ''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 88.

LXX. 1 *Μύθων*. Male μύθους ap. Muratorium. Secundum casum more Græco posuit etiam Horatius II, od. 9, 17, *desine mollium querelarum*. — Μαί not. ad *Cosmam* in hunc locum, *infra*.

2 *Ἐμπεδοτῖμῃ*, etc. Hi veteratores, quo dii haberentur, atque in cœlum rapti existimarentur, in abditissimos specus sese receperunt, ibique fame periere. De his alibi mentionem facit Gregorius in orat. prima ad *Julianum imperatorem*, et in carm. mox citato, vers. 286.

LXXI. 4 *Βοδῶσα*. Conjicit Muratorius Gregorium narrare somnium aliquod, quo sibi visus est matrem intueri filios ad cœlum invitantem. Addit *vir doctus* forsitan etiam hic mendum aliquod latere. 5 *Θρέμματι*. Id est, quomodo ubere nutritivisti. Vide *infra* carm. LXXII, vers. 4.

LXXII. 4 *Τέκνον ἐμῆς θηλῆς*, id est, quem lactavi. Unum fortasse Gregorium, inquit Muratorius, lacte suo paverat Nonna : Gorgonium vero et Cæsarium nutritibus lactandos dederat.

METRICA VERSIO.

Nonna ignes non insiluit. Dum fundit ad aras,
 Hostia pura, preces, ex hinc sublata recessit,
 Nuncque pias inter mulieres eminet, Annas,
 Susannam, Mariam, mulierum firma columna.

LXX. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Hercules, Empedotime, Trophoni, parcite mythis,
 Tu quoque Aristæi fastus malefide superbi :
 Vos homines certe, fœda nec mente beati.
 Fortis Nonna secans generoso tramite vitam,
 Christo plena, crucis cultrix, mundanaque spernens,
 Insiluit currum cœlestem, ut vota ferebant,
 Liquit et in templo membra beata sacro.

B

LXXI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gregorium inclamans per splendida floribus arva
 Obvia tu, mater, peregre venientibus ibas,
 Dilecta extendens dilectis brachia natis,
 Gregorium inclamans. Fluxit parentis utramque
 In sobolem sanguis, præsertim in lactis alumnium :
 Hinc te funereo decoravi carmine, mater.

LXXII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quantum te cupiens, sacer o flos, lactis alumne,
 Ingredior vitam, Gregori, in ætheream.
 Namque meam curans tolerasti plura senectam,
 Et patris, Christi quæ liber æquus habet.

5 Ἄλλ', φίλος, τοκέσσι ἐφέσπεο, καί σε τάχιστα A
Δεξιμέθ' ἡμετέροις φάσει προφρονέως.

ΟΓ'. Ἄλλο.

Ἄλλη μὲν κλεινὴ τις ἐν οἰκιδίοισι πόνοισιν,
Ἄλλη δ' ἐκ χαρίτων, ἧδὲ σαφορροσύνης·

Ἄλλη δ' εὐσεβίης ἔργοις καὶ σαρκὸς ἀνίαις,
δάκρυσιν, εὐχολαῖς, χερσὶ πενητοκόμοις.

5 Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν αἰδιμός. Εἰ δὲ τελευτῆν
τοῦτο θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

ΟΔ'. Ἄλλο.

Νόνναν ἐπουρανίοισιν ἀγαλλομένην φάεσσιν,
καὶ βίξης ἱερῆς πόρθον ἀσιθαλία,

Γρηγορίου ἱερῆς ὁμόζυγα, καὶ πραπίδεσσιν,
εὐσγέων τεκέων μητέρα τύμβος ἔχω.

ΟΕ'. Ἄλλο.

Εὐχαί τε στοναχαί τε φίλαι καὶ νύκτες αἴπιοι,
καὶ νηοῖο πέδον δάκρυσι δευόμενον,
Σοί, Νόννα ζαθέη, τοίην βίότιοι τελευτῆν
ἠπάσαν, ἐν νηΐ ψῆφον ἔλειν θανάτου.

ΟΖ'. Ἄλλο.

Ψυχὴ μὲν περὸς ἄστρον εἴλυθε Νόννης,
σῶμα δ' ἄρ' ἐκ νηοῦ μάρτυσι παρθέμεθα.
Μάρτυρες ἀλλ' ὑπόδεχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον
σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἐσπομένην·
ἰ αἵμασιν ὑμέτεροισιν, ἐπεὶ ψυχῶν ὀλετήρος
Δηναίοισι πόνοις κάρτος ἔπαυσε μέγα.
οὐ μόνων θυσίην σκιοειδέα, οὐδὲ χιμάρρων,
οὐδὲ πριουτοκόων· Νόνν' ἀνέθηκα θεῷ·

5 Verum, dilecte, parentes sequere, et te statim
Excipiemus in lucem nostram libentissime.

LXXIII. *Aliud* .

Alia quidem celebris domesticis laboribus,
Alia gratiis et sapientia ;
Alia pietatis operibus et carnis doloribus,
Lacrymis, precibus, larga in pauperes manu.

5 Nonna autem omnibus incluta. Si autem mortem
Hoc fas est appellare, obiit orans.

LXXIV. *Aliud* .

Nonnam cœlestibus exsultantem luminibus,
Et radicis sacræ germen semper virens,
Gregorii præsulis conjugem, et comparem mente,
Sanctæ prolis matrem tumulus habeo.

LXXV. *Aliud* .

Preces, et chari gemitus, et noctes pervigiles,
Et templi solum lacrymis irriguum,

1138-1139 Tibi, Nonna divina, talem vitæ finem
Præbuerunt, in templo mortis subire sententiam.

LXXVI. *Aliud* .

Mens quidem Nonnæ evolans in cœlum ascendit :
Corpus autem e templo martyribus apponitur.
Martyres, igitur suscipite hostiam præclaram, multum fatigatum
Corpus, et vestro sanguini sociatum ;
5 Sanguini vestro, inquam, siquidem animarum perditoris
Perpetuis laboribus magnas vires repressit.
Non vitulorum victimam umbraticam, non hircorum,
Neque primogenitorum Nonna obtulit Deo :

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 89. ** Scriptum an. 354. — Alias Murator. 90. *** Scriptum
an. 374. — Alias Murator. 91. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 92.

METRICA VERSIO.

Tu vero, dulces sequere, o dilecte, parentes,
Nostraque te subito gloria suscipiet.

LXXIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Ecce domus aliam celebrem fecere labores,
Gratia tunc aliam, claraque vis sophiæ :
Hanc sacrum pietatis opus, carnisque dolores,
Fletus, atque preces, largaque dando manus.
Nonna sed in cunctis fuit incluta. Dicere mortem
Talia si fas est, Nonna precans obiit.

LXXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cœlesti Nonnam exsultantem lumine, necnon
Radicis sacræ germen adusque virens,
Gregorii uxorem mystæ, mentisque sequacem,
Sancta cui proles, nunc habeo tumulus.

B

LXXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

En chari gemitus vigili sub nocte, precesque,
Atque solum templi fletibus irriguum,
Hunc fragilis finem vitæ, divina, dederunt,
Nonna, tibi, in templo jura subire necis.

LXXVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Mens Nonnæ, inde volans cœlum conscendit, et ar-
Jungimus a templi limine martyribus. [tus
Hostia clara datur: corpus, pia, suscipe, turba,
Exhaustum, fusi sanguinis et socium :
Sanguinis, hoc verum est, socium, vim iramque ma-
[lignam
Serpentis domuit nisibus assiduis.
Non vanam vitulos umbram, non obtulit hircos
Nonna, nec ex utero munera prima Deo.

Ταῦτα νόμοις προτέροισιν, ὅτ' εἰκόνας. Ἦδ' ἄρ' ἑαυτὴν ἅ
10 Δῶκεν ὄψιν βίωτον, μάνθανε, καὶ θανάτῳ.

ΟΖ'. Ἄλλο.

Ἄλλοις μὲν Νόννης τις ἀγνῶν ἐσθλοῖσιν ἐρίζοι,
Εὐχολῆς δὲ μέτροισιν ἐρίζεμεν οὐ θέμις ἐστίν,
Τέκμαρ καὶ βιώτοιο τέλος λιτῆσι λυθέντος.

Ἦ στοναχῶν δακρῶν τε καὶ ἐννουχίων μελεδωνῶν!

5 Ἦ Νόννης ζαθέης τετρυμμένα γυῖα πόνοισι!

Ποῦ ποτ' ἔτην, νῆδς μόχθων λύσε γῆρας ἀκαμπτῶν.

ΟΗ'. Ἄλλο.

Εὐχομένη, βόωσα παρ' ἀγνοτάτησι τραπέζαις

Νόννα λύθη· φωνὴ δ' ἔδεδη, καὶ χεῖρα καλὰ

Γηραλέης. Τί τὸ θαῦμα; Θεὸς θέλει ἄμνηταιραν

Ἄ Γλώσσαν ἐπ' εὐφῆμοισι λόγοις κληῖδα βαλεῖσθαι.

5 Καὶ νῦν οὐρανῶθεν μέγ' ἐπεύχεται ἡμετέροισιν

Εὐχολαῖς, καὶ πόντον ἐκοίμισε Νόννα θεουδῆς

Οἷς τεκέεσαι φίλοις· καὶ ἐκ περάτων συνάγειρεν

Ἄντολῆς δύσιός τε μεγακλέας, οὐ δοκούντας,

Μητρὸς ἔρωσ, νοῦσόν τε πικρὴν ἀποέρραθεν ἀνδρός.

10 Λισσομένη, τότε θαῦμα, λίπεν βίον ἐνδοθι νησῶ.

ΟΘ'. Ἄλλο.

Ἦως θάνεν, ἢ περιβῶτον ἐμῆς τέλος ἐπλετο μητρὸς;

Εὐχομένης ψυχῆ πρὸς Θεὸν ἦλατ' ἄνω.

ΙΓ'. Ἄλλο.

Ἔνθα ποτ' εὐχομένης ψυχῆ δέμας ἔλλιπε Νόννης·

Ἔνθεν ἀνιέρθη Νόννα λιπούσα δέμας.

Haec sub priore lege quando obtinebant figuræ. Haec autem seipsam
10 Dedit tota vita, discito, et morte.

LXXVII. *Aliud* '.

Cum Nonna probus aliquis de aliis virtutibus certet,
Orationum autem ejus mensuram æmulari fas non est,
Quippe quæ metam et vitæ finem inter preces sortita est.

0 suspiria, et lacrymæ, et nocturnæ curæ!

5 0 Nonnæ divinæ attrita laboribus membra!

Ubi tunc erat, templum solvit senectutem laboris invictam.

LXXVIII. *Aliud* ''.

Orans, exclamans ad sacratissimas mensas
Nonna dissoluta est; vox devincta est, et honesta labia
Grandævæ. Quid hoc mirum? voluit Deus hynnorum cantatricem
Linguam sanctis sermonibus claudere.

5 Et nunc in cælo multum illa orat pro nostris

Precibus, et pontum sedavit Nonna pia

Suis dilectis liberis: eos congregavit e sinibus

Orientis et Occidentis fama celebres, nihil tale expectantes,

Matris amor, morbumque amarum avertit a conjuge.

10 Orans, id autem mirum, vitam reliquit intra templum.

LXXIX. *Aliud* ''''.

Quomodo obiit, aut celebris mææ matris exitus est expletus?

Orantis anima ad Deum avolavit sursum.

1140-1141 LXXX. *Aliud* ''''.

Hic olim orantis Nonnæ anima corpus deseruit:

Hinc sublata est Nonna relinquens corpus.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 93. '' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 94. '''' Scriptum
an. 374. — Alias Murator. 95. '''''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 96.

LXXVII. 1 Ἄλλοις. Ita legimus cum Muratorio
pro ἄλλοις, quod habent mss., ut sit sensus.

LXXVIII. 6 Πόντον, etc. In carm. *De Vita sua*,
vers. 135, etc., et in orat. funebri *in laudem patris*,
tom. I, pag. 351, num. 31, narrat Gregorius se
gravi tempestate jactatum. cum Athenas navi pe-

teret, et precibus matris se liberatum et tempesta-
tem sedatam agnoscit.

10 Λισσομένη. Sic legendum putat Muratorius,
nisi forte legatur, λισσομένης λίπεν βίος, *vita pre-
cantem reliquit*. Mss. λισσαμένης.

METRICA VERSIO.

Talia sub veteri viguerunt lege figuræ:

Haec se viva dedit, se dedit et moriens.

LXXVII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sit qui cum Nonna sanctus bona certet agendo;

Prolixæ vero nullus precis æmulus adsit:

Nam finem est vitæque metam sortita precando.

0 vigiles noctis curæ, suspiria, fletus!

0 Nonnæ sacro perdidit membra labore!

Templum, ubi nunc aderat, senium venerabile solvit.

LXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Inclamans precibus sacræ mysteria mensæ,
Nonna heu! defecit. Siluit vox, vincinque labra
Grandævæ. Quid in hoc mirum? divina canentis

B Ora sacris voluit Numen præcludere verbis.

Pro nostris et nunc precibus multum orat olympo,

Et charis tumidum natis compescuit æquor.

Hos fama celebres longe revocavit ab ortu

Occasuquo, nihil sperantes tale, parentis

Dulcis amor: morbumque viri sanavit acerbum.

Liquit at in templo vitam, hæc quam mira! precando.

LXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quo defuncta modo? claræ quæ funera matris

Orantis petiit mens resoluta Deum.

LXXX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hic olim Nonnæ orantis mens exiit artus,

Artubus hinc cælum libera Nonna petiit

ΠΑ'. Ἄλλο.

Πολλάκις ἐκ με νόσων τε καὶ ἀργαλέων ὀρυμαγδῶν
 Σεισμῶν τε πρῶτερῶν, καὶ ἄγρια κυμαίνοντος
 ὀφθαλμοῦ ἐξεσάσασα, ἐπεὶ θεὸν ἴαον εἶχες.
 Ἄλλὰ σῶν καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλησι λιτῆσι,
 5 Καὶ σὺ, τεκοῦσα μάκαιρα, ἐν εὐχολῆσι θανοῦσα.

ΠΒ'. Ἄλλο.

Νόννα, σοὶ φωνὴ περιλείπετο, Νόννα φασινῆ,
 Πάντ' ἀμυδις ληνοῖς ἐνθεμένη μεγάλαις,
 Ἐκ καθαρῆς κραδίης ἀγνὸν θύοι. Ἄλλ' ἄρα καὶ τὴν
 Ὑστατὴν νηψὶ λείπεις ἀειρομένη.

ΠΓ'. Ἄλλο.

Ὡς ἔθανεν νηοιο θυώδεος ἔκτοθι Νόννα.

Α Φωνὴν δὲ προτέρην ἤρπασε Χριστὸς ἀναξ
 Λισσομένης· πόθειεν γὰρ ἐν εὐχολῆσι τελέεσσαι
 Τόνδε βίον, πάσης ἀγνότερον θυσίης.

ΠΔ'. Ἄλλο.

Νόνν' ἱερῆ, σὺ δὲ πάντα θεῶν βίον ἀντεινάσα,
 Ὑστατίον ψυχὴν δῶκας ἀγνὴν θυσίην.
 Τῆδε γὰρ εὐχομένη ζῶν λίπεις· ἡ δὲ τράπεζα,
 Μῆτερ ἐμή, τῷ σὺ δῶκες κλέος θανάτω.
 5 Τῆσδε πατὴρ μὲν ἐμὸς λάτρις μέγας ἦε τραπέζης
 Μήτηρ δ' εὐχομένη παρ πόσι λῆξε βίου.

ΠΕ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος Νόννα τε μεγακλέες, εὐχομ' Ἄνακτι
 Τοίην μοι ζῶην καὶ τέλος ἀντάσαι.

LXXXI. *Aliud* .

Sæpe me ex morbis, et gravibus turbis,
 Motibusque terræ horribilibus, et immane undantibus
 Procellis liberasti, quoniam Deum placasti.
 Sed et nunc salva me, pater, magnis precibus,
 5 Et tu, genitrix beata, inter preces mortua.

LXXXII. *Aliud* ..

Nonna, tibi vox supererat, Nonna inclyta,
 Omnia promiscue torcularibus imponens magnis,
 E puro corde puram hostiam. Verum tandem et hanc
 Extremam in templo reliquisti, inde sublata.

LXXXIII. *Aliud* ***.

Non obiit extra redolens odore templum Nonna;
 Vocem vero prius rapuit Christus rex
 Orantis: optabat enim, inter preces finire
 Hanc vitam, omni puriorem sacrificio.

LXXXIV. *Aliud* ****.

Nonna religiosa, tu cum totam Deo vitam obtulisses,
 Tandem animam dedisti puram hostiam.
 Hic autem orans, vitam reliquisti. Illa vero mensa,
 Mater mea, tuæ dedit gloriam morti.
 5 Hujus sacræ mensæ pater quidem meus magnus cultor fuit,
 Mater vero orans apud conjugem vivere desiit.

LXXXV. *Aliud* *****.

Gregorius et Nonna celebres, precor Deum,
 Ut talis mihi vita et mors contingant.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 97. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 98. *** Scriptum
 an. 374. — Alias Murator. 99. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 100. ***** Scriptum an. 374. — Alias
 Murator. 101.

LXXXIV. 5 Τῆσδε, etc. Censet Muratorius duos istos postremos versus a superioribus sejungendos.
Alacri animo excipe : nunc quoque Euripidis more
Mundi salutem eloquar passionem,
5 Ex qua edisces plerosque mysticorum sermonum,
Nempe ex ore Matris Virginis,
Et discipuli Domino dilectissimi.
Priorem namque ipsam nunc proferet sermo,
Ut matrem decet, lugentem tempore passionis,
10 De mortis origine mundo coæva
Ingemiscentem, quæ mors vere causa exstitit,
Cur ipsa parens Verbi nuncupata fuerit,
Et nunc ipsum inique patientem viderit :

Ἰπ. Χριστὸς πάσχων. Unus e duobus mss. codicibus quos doctissimus Combessius excussit, sic habet : Τραγωδία εἰς τὸ σωτήριον πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ita vero alterum : Ὑπόθεσις δραματικὴ κατ' Εὐριπίδην περιέχουσα τὴν δι' ἡμᾶς γενομένην σάρκωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοσμοσωτήριον πάθος. *Dramatica lucubratio, Euripidis more, complectens Salvatoris nostri Jesu Christi, nostri causa, incarnationem, et, qua parva mundo salus, ab eo susceptam passionem.* Alius titulus apud Leuvenklaium legitur : Γρηγορίου τοῦ θεολογικοῦ ἐκδιαπρεπῆσαντος ὑπόθεσις δραματικὴ κατ' Εὐριπίδην περιέχουσα τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρρήτων σάρκωσιν, καὶ τὸ αὐτοῦ κοσμοσωτήριον πάθος. Verum hic titulus qui in libro mediocriter antiquo, ut ait Leuvenklaius, occurrit,

ipsi videtur recentioris alicujus ingenii, quod sub nomine Gregorii affectare voluerit ex Euripidis imitatione gloriolam, cum parum profecto respondeant hæc vel illius tragici scriptoris, vel Gregorii accuratis poematibus. Nullam hic Leuvenklaius asserit legum haberi rationem quæ versibus iambicis præscriptæ sunt, et a Gregorio sane quam accurate observantur iambicis in poematibus.

Prol. 3 *Nῦν τε κατ' Εὐριπίδην. Nunc quoque Euripidis more ejus stylo ac cothurno.* Bene minus Roill. : *Nunc secundum Euripidem.*

9 *Μητροπρεπῶς. Matrem, ut decet, lugentem passionis tempore.*

11 *Ὅς φανεῖσαν ὄντως αἰτίας. Ut que vere causa exstiterit, nempe peccatum Adæ, tum Christi ex Maria incarnationis, tum quod passus sit*

METRICA VERSIO.

CHRISTUS PATIENS, TRAGÆDIA.

(Cl. Roilleto Belmensi interprete.)

PROLOGUS.

Audita quando post pie poemata,
Etiam poesim tu piam audire expetis,
Audi animo alacri : nunc secundum Euripidem
Jam passionem orbi salutarem eloquar,

B Ut pleraque inde dicta discas mystica
Ex ore tanquam Matris atque Virginis,
Suoque Domino apostoli charissimi.
Nam prima jam prodibit in proscenium
Confecta magnis luctibus, matrem ut decet
Prodire casus tristioris tempore,
Mortisque causam ab initio ingemens, caput
Quod verum ut ipsa dicta sit Verbi parens,
Et immerentem videat ipsum perpeti.

Εἰ μὴ γὰρ ἐσφάλημεν ἀπροσεξίῳ,
 15 Οὐκ ἂν κατεκρίθημεν ἀρχῆθεν μόνον·
 Κἂν μὴ διεφθάρημεν ἐρπετοῦ δόλῳ,
 Μηδ' ἢ φθορά τ' εἰσῆλθε θηρὸς ἀπίστη,
 Καὶ πότμον ὑπέστημεν ἐνδίκῳ κρίσει,
 'Ὡς μὴ τὸ κακὸν ἀδιάφθορον μένη,
 20 Οὐκ ἦν βρωτωθῆναι τε καὶ τλῆσαι μόνον,
 Τὸν ζωοποιὸν Δεσπότην, Θεὸν Λόγον,
 Ἄφθαρτίσονται τὸ φθαρὲν φιλαγάθως,

A Καὶ ζωοποιήσοντα τὸ βροτῶν ἅπαν·
 Μένοντος αὐτοῦ δ' ἀκενώτου τοῦ Λόγου,
 25 Ἢ δ' οὐκ ἂν ἐκπέφηνε μήτηρ Δεσπότης,
 Καὶ τόνδε νῦν ὀρώσα πάσχοντ' ἀδίκως,
 Θρηνοῦσ' ἀηλλάξε τετραυχομένη.
 Πρόσωπα γοῦν δράματός εἰσὶ μοι τάδε·
 Μήτηρ πάναγος, παρθένος μύστις, κόραι
 30 Αἱ συμπαραῦσαι μητρὶ τῇ τοῦ Δεσπότης.

Nisi enim in errorem socordia inducti fuissetemus,
 15 Neque a principio morte multati fuissetemus;
 Et nisi corrupti fuissetemus serpentis dolo,
 Neque labes introisset seræ deceptione,
 Aut mortem subiissetemus justo iudicio,
 Ne malum maneret integrum,
 20 Opus non fuisset, ut homo fieret, et mortem obiret
 Vitæ auctor Dominus, Verbum Deus,
 Incorruptibile reddens benignitate sua, id quod erat corruptum,
 Et vivificans omne hominum genus :
 Nisi seipsam exinanisset Verbum,
 25 Nec ipsa exstitisset parens Domini,
 Neque ipsum nunc intuita tolerantem iniqua,
 Lugens ejularet, vivido afflictæ dolore.
 Personæ igitur hujus tragœdiæ mihi sunt hæc .
 Mater intacta, virgo discipulus, virgines
 30 Assistrices parenti Domini.

23 Βροτῶν ἅπαν. Γρ. βροτῶν γένος.
 24 Μένοντος αὐτοῦ δ' ἀκενώτου τοῦ Λόγου.
 Nisi se Verbum exinanisset majestatem divinam deprimendo ad humanam vilitatem, ut vere idem Deus

et homo sit, quo nihil detractum Deitati. Apostolicam vocem non reddit Roill. hisce verbis : Imminutum parte non ulla sui.

METRICA VERSIO.

Nam nisi dedisset culpa causam lapsui,
 Injecta mortis non foret necessitas :
 Et ni impulisset nos vafri in fraudem dolus
 Serpentis, astu bestię, corruptio
 Non subsecuta, morbi ut inde addiceret
 Nos lege justa, et ne malum esset integrum,
 Manensque, non esset opus, ut Verbum Deus [cens
 Vitæ auctor, hominem indueret, et mortem inno-
 Pateretur, ut contaminatum quod, fuit

B Integritati liberaliter asserens,
 Mortale totum redderet vitæ genus.
 Quod si imminutum parte non ulla sui
 Verbum fuisset, ipsa jam Domini parens
 Non exstitisset, nec videns innoxium
 Dira tolerantem, animi ægra flectet ejulans.
 Personæ igitur hæc fabulæ hujus sunt mihi :
 Casta ipsa Mater, castus atque apostolus,
 Quæque Domini assistunt parenti virgines.



CHRISTUS PATIENS.

ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΡΙΣΤΟΣ.
ΘΕΟΤΟΚΟΣ.
ΙΩΣΗΦ.
ΘΕΟΛΟΓΟΣ.
ΜΑΓΔΑΛΗΝΗ.
ΝΙΚΟΔΗΜΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΠΙΛΑΤΟΣ.
ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΗΜΙΧΟΡΟΣ.
ΝΕΑΝΙΣΚΟΣ.
ΦΥΛΑΚΗ.

Θεοτόκ. Εἴθ' ὦφελ' ἐν λειμῶνι μηδ' ἔρπειν ὄφεις, A 10
Μηδ' ἐν νάπαισι τοῦδ' ὑφεδρεῦειν δράκων
'Αγκυλομήτης! Οὐ γὰρ ἐκ πλευρᾶς φύμα,
Μήτηρ γένους δύστηνος ἠπατημένη,
ἢ Τάγμα ταμῶν παντότολμον ἀνέτλη,
Ἐρως ἔρωσι θυμὸν ἐκπεπληγμένη,
θείως πεισθεῖσα τυχεῖν αὐτόθεν·
Ὅτ' ἐν φαγεῖν πείσασα καρποῦ τὸν πόσιν,
Τῷ μηδ' συμφέροντος αὐτίκα σφίσι,

Λύμην καταχρηθεῖσα, καὶ λυγρὸν μόρον,
Μήτηρ τέκνων τ' ἤκουσεν· Ἐκ δυσκοιτίας.
Μογοστοκοῦσ', ὠδῖσι τ' ἐμπαρειμένη,
'Ιδρῶτ' ἀν ἔχει τήνδε γῆν ὀλεθρίαν,
15 Σὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν ἀρᾶς ὑστάτης,
Ἄπερ τεκεῖν ὄριστο λύπαις καὶ στόνοις,
Διαδοχὰς τε παραπέμπειν τῷ βίῳ,
Διαλλάγας τ' ἐντεῦθεν εὐρεῖν ἐξόχους·

1208-1209 TRAGŒDIÆ PERSONÆ.

CHRISTUS.
DEIPARA.
JOSEPH.
THEOLOGUS.
MAGDALENE.
NICODEMUS.

NUNTIUS.
PILATUS.
CONGREGATIO PONTIFICUM.
CHORUS VIRGINUM.
SEMICHORUS.
ADOLESCENTULUS.
CUSTODIA.

Deipara. Utinam in horto nunquam irrepsisset serpens.
Neque in hujus saltibus dolos struxisset draco
Versipellis! Neque enim e latere orta,
Infelix humani generis parens decepta,
5 Scelus audacissimum aggredi ausa fuisset,
Rami cupidine animum percussa,
Divinitatis exinde consortem se futuram persuasa:
Neque, postquam conjugi suasisset ut comederet de fructu
Nihil ipsis mox profuturo,
10 Ex horto exsulasset felici,
Exitioque damnata et sæva inorte,
Mater filiorum (hæc) audisset: Ex inauspicato toro
In partu laborans, doloribusque implicita partus,
Sudore terram hanc exitialem colito,
15 Cum sponso et natis execrationi extremæ devotis,
Quos gignere decretum est in luctibus ac genitibus,
Seriesque transmittere ævo,
Eximiamque exinde invenire reconciliationem;

1 Εἴθ' ὦφελ'. Ita Med. 1.

2 Μηδ' ἐν νάπαισι. Ibid. 3.

3 Ἐκ πλευρᾶς. Legit Combefisius ἐκ et ἐν.
Utque lectio melior quam in editis ἐν.

6 Ἐρως. Sic Med. 8.

15 Σὺν ἀνδρὶ καὶ. Ibid. 11.

18 Διαλλάγας τ'. Christus enim Adæ filius secundum carnem homines Deo reconciliavit.

METRICA VERSIO.

Deip. O utinam in horto callidus nunquam et B
Reptasset anguis, nec dolos in saltibus [vafer
Struxisset hujus fraudis artifex draco!
Non lateris unquam germen, infelix parens
Mortalium, decepta, tantæ audaciæ
Ausæ esset ausum, capta rami primulum
Fructu decore, et attonita animo, ex eo
Ut spem sibi divinitatis sumeret;
Non et vocato fraudem in illum conjuge,
Ut ederet ille de arboris fructu nihil
Mox profuturo, pulsa felici ex loco

Addicta sævæ morti, et æternis malis
Inauspicato audisset e toro parens
Tristis sobolis: Ægre tuum ventrem levans,
Doloribusque implicita partus, cum tuo
Sudore terram hanc colito duram et asperam:
Accedat illis, et tui consors tori,
Unaque miseri et execrati liberi,
Quos sic ut olim pareret in suspiria
Tantum et dolores, qui manerent posteros
Vitam in sequentem, jam Deus præscripserat,
Eximia ut esset hinc reconciliatio:

Οὐδ' ἄν γένος δλωλεν ἀνθρώπων ἅπαν,
 20 Καὶ τὸν Δυνατὸν ἀλθανεῖν ἔπεισέ πως,
 Ἄγαθότητι δαπέδῳ κατιέναι,
 Καινῶς βροτωθῆναι τε καὶ τλῆναι πύθος·
 Οὐδ' ἄν ἐγὼ πέφυκα μήτηρ Παρθένος,
 Καὶ νῦν ἔκλυον Ἰὶδν ἔλκεσθαι κρίσει
 25 Οὐράνιον, γῆϊνον, ἀκραιφνῆ γοναῖς,
 Ἴδειν τ' ἔφριττον τόνδε καθυβρισμένον,
 Ἄτερ δαλῶν φέρουσα, φεῦ! δεινὴν φλόγα,
 Ἥ σφόδρα μαιμάσσει με καὶ στροβεῖ κίεαρ,
 Καὶ καρδίαν δεισιαν, ὡς βόπτερον μέγα,
 30 Ὡς νητρικῶς ἤυσε Συμεὼν γέρον,
 Τηλεσκόποις ὀμμασι πάντως προβλέπων.

A Ἴπ που μεγίστη γίνεται σωτηρία,
 Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῆ,
 Τὰ πάντα συμφέρουσα τῷδ', ὡσπερ θέμις,
 35 Μῆδὲ πρὸς ἄλλου πάρφασιν τινα κλύη,
 Ἄλλ' ἔστι συμφρονοῦσα γηρσίῳ πόσει.
 Νῦν δ' ἔχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ καίρια,
 Αὐτῆς προδοῦσής ἄνδρα, καὶ κράτους κλέος.
 Φιλεῖ γὰρ ὕβρις ἢ πάλαι τίχτειν νέαν.
 40 Ἐκ δακρῶν δάκρυα καταλείβεται,
 Ὅν οὔτε μέτρον, οὔτ' ἀριθμὸς ἔστί τις.
 Κακῷ γὰρ κακὸν εἰς ἀμίλλαν ἔρχεται.
 Ὅθεν πότνια φύσις ἠτιμωμένη
 Στένει κλάουσα συμφορὰς πεφυρμένας.

Neque universum periisset hominum genus,
 20 Neque Omnipotentem mederi quodam modo coegisset,
 Præ sua benignitate in terram descendere,
 Novo modo hominem induere, et subire mortem :
 Neque ipsa exstitissem Virgo parens,
 Neque nunc audirem ad supplicia trahi Filium
 25 Cœlestem, terrenum, purum natalibus :
 Aut horrerem videns ipsum injuriis lacessitum,
 Absque face ferens, eheu! diram flammam,
 Quæ vehementer me absumit, evertitque animam,
 Et pectus transfigit, ingentis gladii instar,
 30 Ut vere vaticinatus est Simeon senex,
1210-1211 E longinquo cernentibus oculis omnia prospiciens.
 Certe maxima salus est (conjugi),
 Quando conjux e marito non dissidet,
 Ipsum adjuvans in omni re, ut decet,
 35 Nec ab alio, quo decipiatur, quidquam audit,
 Sed genuino sponso assentitur.
 Nunc vero omnia sunt inimica, et laborant præcipua,
 Ex quo suum prodidit virum, suiue imperii decus.
 Solet enim injuria vetus parere novam.
 40 Lacrymæ stillant ex lacrymis,
 Quarum neque modus, neque numerus est.
 Ex malo enim malum in pugnam advenit.
 Hinc alma natura dedecore confecta,
 Ingemiscit deslens varia calamitatum agmina,

21 Δαπέδῳ κατιέναι. In terram descenderet, novo-
 que modo factus homo mortem ferret, ut suæ be-
 nignitati se isfaceret.

28 Μαιμάσσει με. Absumit, καταδαπανᾶται, κατ-
 αναλλάτκει. Μοχ στροβεῖ, donet, turbat, evertit ani-
 mum.

29 Ῥόπτερον. Clava, manus ferrea.

31 Τηλεσκόποις. Edit. mendose τηλεσκόποις.

32 Ἡ που μεγίστη, etc. Ita Medææ nutrix apud
 Euripid. vers. 14, 15.

34 Τὰ πάντα συμφέρουσα, etc. In omnibus illi
 obsequens : in rem ejus omnia conferens, ejusque

commodis studens. Genuina hujusce vocis acceptio.
 Non ita se gessit Eva. Sic Med. vers. 13, etc.

35 Μῆδὲ πρὸς ἄλλου. Neque fallaci ulli sermoni
 aurem adhibet.

37 Νῦν δ' ἔχθρὰ. Med. vers. 16.

40 Ἐκ δακρῶν δάκρυα. Sic apud Euripid
 Troad. Hecuba, vers. 601, 616 et 617.

42 Κακῷ γὰρ κακόν. Sic Hec. vers. 608 :

Ἄτερα δ' ἀφ' ἐτέρων
 Κακὰ κακῶν κυρεῖ.

Alia ab aliis mala malis incidunt.

METRICA VERSIO.

Jam non genus hominum occidisset perditæ,
 Nec qui mederi tam gravi morbo potest,
 Impulsus esset ut nova clementia
 Delapsus isthunc in locum, novo modo
 Factus homo, nostræ se cruci submitteret :
 Nec materessem Virgo, nec cælo satum,
 Terraque natum, innoxium, natalibus
 Purum, trahi jam ad supplicia, misera parens
 Audirem, et illo lacernum eum aspicerem modo,
 Quo nunc inhorreo videns, illa, illa ego
 Quæ porto flammam magnam, et ardentem,
 [face
 Nulla, quæ adurit, quæ meum cor trajicit,
 Figitque tanquam gladius alti cuspide,
 Fatidico ut ore cuncta prævidens procul

B Vates Simeon protulit vere senex.
 Tum magna certe tutaque est salus, suo
 Si dissidens nunquam uxor a viro, omnia
 Illius affert in sinum, atque, ut addeceat,
 Nullius alterius in aures quam viri,
 Concors cui sit, verba prudens excipit.
 Infesta contra cuncta nunc lethaliter
 Ruunt, maritum ex quo suum et sui imperii
 Decus perenne, gloriamque prodidit.
 Quando vetus injuria parere novam solet,
 Et subsequuntur lacrymas lacrymæ alteræ,
 Quis nec modus sit, nec numerus ullus : malo
 Nam semper aliud crescit in pugnam comes.
 Hinc dedecore confecta natura ingemuit.
 Veneranda, deslens casuum mista agmina,

45 Διαδοχὰς τε τῶν ἀπερτάτων πόνων,
 Τὸν πάντα συντήκουσα θακρούς χρόνον,
 Ἐπὶ πρὸς ἐχθροῖς ἥσθετ' ἠδικημένη,
 Καὶ μητρὸς αὐτῆς πρωτοπήμονι βλάβῃ,
 Πατρός θ' ὑποκλίνας οὐδας μητέρι,
 50 Ὅν πάντες ἐσμέν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.

Βοᾶ μὲν ὄρκους, ἀνακαλεῖ δεξιᾶς,
 Πίστιν μεγίστην καὶ Θεὸν μαρτύρεται·
 Ἔρω καὶ ἡ τάλαινα συμφορῶν ὕπο,
 Ὅσον πατρῶσαν μὴ λιπεῖν ἐσθλὸν χθόνα·
 55 Στυγαὶ δὲ κόσμον, οὐδ' ὄρωσ' εὐφραίνεται.

45 Successionesque intolerabilium malorum,
 Omni tempore lacrymis contabefacta,
 Postquam ab hostibus animadvertit se injuria affectam,
 Et ipsius parentis primum damnum sibi afferentis labe,
 Seductioneque patris aures accommodantis matri,
 50 Quorum omnes terram colentes sumus posteri.
 Clamat jusjurandum, vocat et dexteram;
 Maximam fidem et Deum testatur:
 Et agnovit misera ob calamitates
 Quam sit utile patriam non deserere terram:
 55 Odit autem mundum, neque lætatur ejus aspectu.
 Eo enim nunc perveni doloris,
 Ut mihi venerit desiderium terræ et cælo
 Dicere, quæ hinc damna proveniunt naturæ.
 Necdum misera desinit parere,
 60 Pariens, non pariens, rursus abnuens partum.
 Infelix: me ipsam enim dico, dicens te,
 Quæ pariam, et non pariam, partu qui rationem superat.
 Nam partum sum experta sine partu; quid enim eloquar?
 Laboris expers, et corruptelæ nunc et passionis.
 1212-1213 65 Neque voluptatem novi, neque ab ullo viro rumorem
 Magis famæ aliquid inurentem, quam æri tinctura.

45 Διαδοχὰς τε. Successionesque intolerabilium malorum, malaque intolerabilia sibi succedentia; ita fere ibid. 588.

46 Τὸν πάντα. Ita fere Medæe nutritrix, vers. 25, 26.

48 Πρωτοπήμονι βλάβῃ. Reg. Med. πρωτοπήμονος βλάβῃ, primæ parentis labe.

49 Πατρός θ' ὑποκλίνας οὐδας μητέρι. Hunc versiculum, qui deerat in editis, suppeditavit cod. Med., sicque planus plenusque sit sensus.

51 Βοᾶ μὲν ὄρκους, etc. Juramenta clamat, et vocat dexteram, fidem maximam Deumque testem appellat. Ibid. vers. 21, 22... 34, 35, 36... 56, 57, 58, 59. qui iisdem fere constant vocibus.

54 Μὴ λιπεῖν. Quam bonum paternis non excideri verbis.

55 Οὐδ' ὄρωσ' εὐφραίνεται. Nec ejus mundi aspectu delectatur. Roill. Nihil eo gravius videt, quæ verba auctoris mentem sane non expriment.

56 Ἐκδέθηκ'. Hanc vocem in tertia persona accipit Combellius, et de Eva intelligit: non quod

A Εἰς τοῦτο γὰρ νῦν ἐκδέθηκ' ἀληθῆνος,
 Ἄσθ' ἡμερὸς μ' ὑπῆλθε. γῆ τε καὶ πόλις
 Λέξαι: μαλούσας δεῦρο φύσεως βλάβας.
 Οὐπω γὰρ ἡ τάλαινα παύεται γόνων,
 60 Τίχτουσα, μὴ τίχτουσα, φεύγουσ' αὖ τόκους.
 Δύστην'· ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσά σε,
 Τίχτουςαν, οὐ τίχτουςαν, ὡς ὑπὲρ λόγον.
 Τόκον γὰρ ἔγων ἀτοκον· τί γὰρ φράσω;
 Πόνους φυγοῦσα καὶ φθορὰν νῦν καὶ πάθη.
 65 Οὐκ οἶδα τέρψιν, οὐδ' ἐπιψογον φάτιν
 Τινὸς πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον, ἢ χαλκὸς βεβίς.

Roillet., sed in prima persona, quem sequimur.

57 Ἄσθ' ἡμερὸς, etc. Hinc subit animus, ut terræ cæloque narrem, etc. Ita prophetæ in sacris Scripturis cælum et terram contestantur, et quasi in illorum auribus loquuntur, ut animi πάθος exaggerent. Male Roill. vertit: *Incommoda, quot habet genus e cælo et terra.*

59 Οὐπω γὰρ ἡ τάλαινα παύεται γόνων. Necdum parere desinit Eva. Male Roill.: *Nondum luctibus finem facit, quasi legeret γόνων, ut in Med. vers. 59.*

60 Τίχτουσα, μὴ τίχτουσα. Pariens, non pariens eo partu, qui vim omnem rationis excedit, ὡς ὑπὲρ λόγον, qui sit laboris expers integra virginitate. Quam in his insulse ludit Roill. *Modo ventris edens, modo repente supprimens partum!* quam prorsus præstat carminis modos spernere, quam sic sacra temerare!

61 Ἐμαυτὴν. Sic Pecuba, vers. 736.

64 Νῦν καὶ πάθη. Reg. Med. sup. lin. νῦν καὶ πάλαι. *Et nunc et pridem pudoris exempta labe.*

METRICA VERSIO.

Et non ferendam semper insurgentium
 Novam laborum plus satis propaginem,
 Tabescit omni misera lacrymis tempore,
 Quæ, alia præter gravia duraque, ipsius
 Primum parentis læsa nota, injurias
 Sensit, colentes quæ globum istum posteros
 Manent: datamque jurejurando fidem
 Dextramque clamat, et Deum testem vocat:
 Miseraque didicit a matris, quam sit grave
 Durumque patrio se solo subducere:
 Etosa mundum, nil eo gravius videt.
 Eo doloris nunc enim tota esseror,
 Naturæ ut illuc omnia velim incommoda

B Referre, quot habet e cælo et terra genus.
 Nam misera nondum luctibus finem facit,
 Modo ventris edens, modo repente supprimens
 Partum, modo etiam eum misera rursus abnuens.
 Nam sic voco me eum quasi supra inodium
 Partum ferentem, nunc prementem te voco.
 Nam partum ego sum experta sine partu: qui enim
 Nomine alio vocari possim, ut quæ parens
 Expers laboris et doloris exstiti
 Integra, et incorrupta, nescia illius
 Etiam voluptatis, viri quæ ex copula est?
 Neque magis ullam sentiens viri notam
 Famam excedentem, quam excedere durum solet

Οὐ γὰρ κορείης ἄμμα διέφθειρέ τις ·
 Καὶ παῖδα πῶς ἔτικτον; ὦ θάμβος μέγα!
 Ὑδρισμένον δὲ τὰ νῦν πῶς οἶσω βλέπειν;
 70 Πόνους φυγοῦσα, πῶς ὀδυνῶμαι κέαρ;
 Ἄνηλάξα πῶς πάλαι χαρᾶ; ὕπο,
 Ὅτ' ἤλθεν εὐάγγελος ἀγγέλλων τόκον,
 Φράζων ἄλυξιν δυσμενῶν βροτῶν γένει,
 Καὶ γηθόσυνον χάσμα μοι φέρων μέγα!
 75 Λόγοις δὲ τοῦδ' εὐπλαγκτος οὐκ ἐφαινώμην,
 Πεισθεῖσα τῷ φέροντι θέσκελον φάντι,
 Οὐχὶ σφάγιον μηνύουσάν μ' ἔκτεκεῖν,
 Ἄλλ' ὡς ἄνακτα γῆς τε καὶ παντὸς πύλου
 Ὅμως δ' ἔθουον καὶ γυναικεῖα νόμῳ,

A 80 Ψυχῆς τ' ἔπεμπον ἀλαλαγμὸν ἐκ μέσης ·
 Λάκουσ', ἀνευφημοῦσα τὴν ἀγγελίαν,
 Θυγφάγον φέρουσα τ' εὐῶδη φλόγα,
 Οἶαν θύειν φράζουσιν οἱ θεοπρόποι,
 Ζῆλον ἔμπυρον, πνεῦμα συντετριμμένον,
 85 Ἐρωτά τ' εὐκάθεκτον ἔυθερμον ἴαν,
 Ἄ θυσίαν οἴδαμεν εὐφημουμένην.
 Καὶ πῶς στροβεῖ μου σπλάγχνα νῦν δριμύ βέλως;
 Κἀγὼ πρόθυμος ἔννυχος δραμεῖν θέλω,
 Ἴδεῖν τε Παιδὸς ἦν καχοσύνην πάθοι ·
 90 Αὐταὶ δ' ἔπεισάν μ' ἡμέρας μίμνειν φάος.
 Χορ. Δέσποινα, νῦν πύκαζε σὸν δέμας τάχει.
 Θεοτό. Ἄνδρες πρέχουσιν ἐμφανεῖς ἔξω πύλης.

Nemo enim virginitatis florem mihi sustulit :
 Et filium qui genuerim? O stuporem maximum!
 Sed injuria affectum quomodo nunc potero iutuere?
 70 Nullos partus dolores experta, cur animo crucior?
 Quomodo exsilivi olim gaudio,

Cum auspicatus advenit angelus nuntians partum,
 Indicans effugium ab hostibus mortalium generi,
 Miraque lætitia animum exhilarans meum!
 75 Hujus autem verbis decipi minime videbar,
 Fidem adhibens ferenti cœleste oraculum,
 Significans me parituram fore non victimam,
 Sed quasi regem terræ et cœli :
 Muliebri tamen legi obsequebar,
 80 Et ex intimo corde hymnum emittebam,
 Clamans gaudio, faustis omnibus prosequens nuntium,
 Incensis ferens suffumentis redolentem flammam,
 Quæ sacrificia præscribunt divini vates,
 Accensum zelum, spiritum contritum,
 85 Modestumque amorem præservidum,
 Quæ victimam novimus laudabilem.
 Sed cur perturbat mea viscera nunc truculenta cuspis?
 Ego quidem prompta sum etiam noctu currere,
 Ut videam, quæ mala patiaturo Filius :
 90 Hæc vero mihi suaserunt diei expectare lucem.
 Chor. Domina, nunc cito corpus tuum contege.
 Deip. Viri conspici currunt e porta.

70 Πόνους φυγοῦσα. Quæ partus dolores nullos
 senserim : quod vers. 64 lucem avert. Male Roill. :
 Cum sim jam meis laboribus defuncta : quæ verba
 innuerent in iis quandoque Mariam fuisse, ac cæte-
 rarum more peperisse; quod amolitur auctor et
 improbat fides.

75 Εὐπλαγκτος. Codex Reg. Medicus habet
 ἀπλαγκτος, erroris expertus.

81 Λάκουσ'. Reg. Med. λάκουσ', quod idem est,
 clamans gaudio.

84 Ζῆλον ἔμπυρον. Quæ omnia spiritualis sunt
 sacrificii.

88 Κἀγὼ πρόθυμος ἔννυχος δραμεῖν θέλω. Sic
 Rhés. vers. 65, Hector ait :

Κἀγὼ μὲν ἦν πρόθυμος ἰέναι δόρυ
 Ἐν νυκτί.

Ego quidem eram promptus pugnare
 Etiam noctu.

91 Δέσποινα, νῦν πύκαζε, etc. Ibid. vers. 90 sic
 Hector Æneam excitat :

Αἰνέα, πύκαζε τεύχεσιν δέμας τὸ σόν.
 Ænea, munias armis corpus tuum.

METRICA VERSIO.

Tinctura ferrum. Nemo sustulit mihi
 Florem pudoris integrum : et qui filium
 Enixa credat? O stuporem maximum!
 Injuria affectum modo quo cernere
 Nunc potero? cum sim jam meis laboribus
 Defuncta, qui sit ut cruci r animo tamen?

Ut exsilivi gaudio, quando angelus
 Sese auspicatus obtulit primum mihi,
 Partum futurum nuntians, atque omnium
 Soluta veteris cum genere mortalium
 Vincula inimicitiae sua voce indicans,
 Miraque lætitia animum exhilarans meum!
 Tuum non videbar hujus ore decipi,
 Cœleste cui fidem faceret oraculum :
 Partu edituram me meo interea tamen
 Non victimam præsagens, at totius
 Regem quasi terræ, potique : concita
 More muliebri gaudii vocem indicem

B Expectoravi, prosecuta nuntium
 Et voce, et ominatione deferens
 Ignes odoros thuris accensi, pii
 Quo genere se suffire mystæ prædicant
 Zelum æstudentem, et spiritum Deo sacrum,
 Modestum amorem charitatemque igneam,
 Qua nulla superis victima cadit gratior.
 At nescio quæ pectus effodit meum
 In me acta cuspis. Et ego vel silentio
 In noctis altæ, prompta festino gradu
 Eram videre quæ mihi charissimo
 Injecta Nato crux : at auctores mihi
 Istæ fuerunt ne prius quam se dies
 Prima extulisset, hinc meum efferrem pedem.

Chor. Componere corpus nunc, hera, ocin. ut
 [decel.

Deip. Quidnam hoc? Frequentes se viri cursu cef-
 [ferunt

Τί ὃ ἐστὶ; μῶν γε δυσμενῶν ἀγγέλλεται

Ἀόχος κρυφαῖος ἐστάναι κατ' εὐφρόνην;

95 *Χορ.* Ἐννυχος ὄχλος ἐν θορύβῳ συρρέει·

Στρατῶν πόλιν τε πᾶσαν ἂν δρῶναι βλέπω,
Λαμπτήρα; εἰσφέροντα καὶ πολλὰ ξίφη.

Θεοτό. Καὶ νῦν πρὸς ἡμᾶς νῦν τίς ἐν σπουδῇ ποδῶς

Στείχει, νέον τι πράγμ' ἔχων Ἰσως φράσαι;

100 Ἦω, τί λέξει, καὶ τίς ἄγγελεὶ λόγον.

Χορ. Πότνια, πότνια, σεμνοτάτῃ Παρθένε,

Αἰ, αἰ, αἰ, αἰ!

Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοῦκ ἀνώνυμος,

Ἄγνή κέκλησαι, τῆσδε γῆς ὄσοι πέδον

105 Ναῖοισι, λαμπρῶν φῶς ὀρώντες ἡλίου·

A Τὰ νῦν δὲ τάλαν', ἡ πάλι μακαρία.

Θεοτό. Τί ὃ ἐστίν; ἢ ποῦ τίς μ' ἀποκτείνει θέλει;

Χορ. Οὐκ, ἀλλὰ Παῖς θνήσκει σὸς ὑπ' ἀλαστόρων.

Θεοτό. Οἱ μοι! τί λέξεις; ὥς μ' ἀπίστευσας, γύναι!

110 *Χορ.* Ὡς οὐκέτ' ὄντος Υἱέως φρόντιζε δὴ.

Θεοτό. Ὡ δαινά λέξασ', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα;

Καὶ πᾶν μεθήσεις ἀπρεπῆς ῥῆμα φέρειν;

Τὸν δντ' αἰεὶ γάρ, μηκέτ' εἶναι πῶς λέγεις;

Εὐφημος ἴσθι, κἂν τί σοι χρεῖα λέγειν,

115 Λέγ' ὡς προσήκει, μηδ' ἀτιμᾶσης Θεόν.

Γονᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας ἐβλαστέ μοι·

Καινὸν δὲ πειτεῖν αἰμ' ὑπ' ἀνέρων Θεοῦ.

Θανεῖν τὸ ἀθάνατον, οὐκ ἔχει λόγον.

Quid vero est? num quæ hostium nuntiatur

Cohors occulta stare per noctem?

95 *Chor.* Nocturna turba cum tumultu confluit;

Exercitum universamque urbem in obscuro intueor,

Faces et plurimos gladios ferentem.

Deip. Et nunc ad nos quis pede concito

Venit, novam aliquam rem forsitan habens, quam nuntiet?

100 Noverim, quid loquatur, et quem ferat nuntium.

1214-1215 *Chor.* Veneranda, veneranda, castissima Virgo,

Heu, heu, heu, heu!

Celebris quidem inter homines, et non ignobilis,

Casta vocaris, quicumque hanc tellurem

105 Habitat, fulgidum videntes lumen solis;

Nunc misera, quæ prius beata.

Deip. Quid igitur? num quis me vult occidere?

Chor. Nequaquam, sed tuus Filius scelestorum manu perit.

Deip. Heu me! quid dicis? ut me perdidisti, mulier!

110 *Chor.* De Filio tuo tanquam mortuo cogita.

Deip. O atrociam locuta, non claudes os?

Nec omnem omittes indecorum sermonem loqui?

Æternum namque, quomodo jam non existere ais?

Fausta precare: et si quid loquendum habueris,

115 Dic, ut decet, neque Deum injuria afficias.

Ex stirpe enim aurea mihi germen effloruit;

Novumque id esset, ut Dei cruor efflueret manu mortalium.

Fieri non potest ut immortalis moriatur.

95 *Τί ὃ ἐστὶ; μῶν γε δυσμενῶν, etc.* Sic *ibid.* vers. 91 *Æneas* fisdem fere vocibus *Hectorem* interrogat.

94 *Κατ' εὐφρόνην. Noctu, per noctis silentia.*

98 *Ἐν σπουδῇ ποδῶς. Ibid.* chorus *Æneæ* ad-

ventum nuntiat. Male *Roillet. pede turbido.*

101 *Πότνια, πότνια. Reg. Med. πότνια, πότνια.*

105 *Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι. Præclara, eximia,*

inter mortales celebrata es. Nec bene Roillet. vertit

αἰετο, siquidem ὁ πολὺς, idem est ac clarissimi ge-

gnis, quod exponit vox sequens, κοῦκ ἀνώνυμος.

Ha prologus Hippolyti apud Euripid. incipit: sic

enim fatur Venus vers. 1, 2 et 4.

109 *Οἱ μοι! τί λέξεις; Sic Phædra suam nutri-*

cem alloquitur, vers. 353, et apud Med. Jaso mu-

lieribus respondet vers. 1310.

110 *Ὡς οὐκέτ' ὄντος. Sic ibid. vers. 1311 cho-*

rus Jasonem de cæde lilliorum suorum edocet:

Ὡς οὐκέτ' ὄντων ὧν τέκνων φρόντιζε δὴ.

Cogita igitur tanquam de mortuis liberis tuis.

111 *Ὡ δαινά λέξασ', etc. Sic Phædra nutricem*

suam increpat vers. 498 et 499.

118 *Τὸ ἀθάνατον. Reg. τὸν ἀθάνατον. Fieri non*

potest, ut qui est immortalis, moriatur.

METRICA VERSIO.

E porta anhelii: quid rei? An quod nuntius

Venit cohortis hostium irrepentium?

Chor. Nocturna turba cum tumultu confluit:

Exercitum totam per urbem conspicio

In nocte opaca plurima armatum tibi

Et esse multo. *Deip.* Nescio quis etiam pede

Contendit ad nos turbido, forte ut novi

Quid nuntiet nobis: juvat resciscere

Equid novarum nuntius rerum advenit.

Chor. Pudica o Virgo, casta, veneranda, ah, ah, ah!

Crebro quidem tu casta magni nominis

Has inter omnes dicta, quas suo e sinu

Produxit olim terra, quæque hanc incolunt

Hæc intuentes candidum solis jubar:

Nunc jam misera, beata quæ fueras prius.

Deip. Quid ista trepidatio subita? Num quod sua

B Manu parat me aliquis scelesti tollere?

Chor. Non id quidem, verum tuus quod Filius

Misere a scelestis tollitur. *Deip.* Vah! quidnam ais?

Ut perdidisti me, mulier! *Chor.* Ego jam quasi

Non amplius nato manente prospicio tibi.

Deip. O non ferenda proferens, non impudens

Os continebis, indecenque desines

Esferre dicium? Namque eum qui semper est,

Quomam ore dicis esse jam non amplius?

Bona verba, quæso, et si tibi est usus datus

Aliquis loquendi, loquere sicut te decet,

Nec indecora voce dehonesta Deum.

E stirpe germen aurea hoc cedit mihi:

Novumque id esset, ut manu mortalium

Effunderetur sic Dei sanguis; mori

Qui possit autem, cui mori nunquam datur?

Ἐτίκτον αὐτὸν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.

120 *Chor.* Ὁ τλήμων, οὐκ οἶσθ' οἱ κακῶν ἐλήλυθας,

Καὶ τοῦσδε κινεῖς κάναμοχλεῦεις λόγους.

Ἦοῦς φανεῖσης, Υἱέως γ' ὄψεαι μόνον·

Ὡς πάννυχον κρίνουσιν οἱ μαιφόνοι.

Καὶ τοὶ δέδορα· ἐνθάδε τῶν Παιδός τινα

125 Σταίχοντ' ὀπαδῶν, πνευμά τ' ἤρεθισμένον,

Σπουδῇ πρὸς ἡμᾶς τόνδ' ἰθύνοντα δρόμον,

Δείκνυσι δ' ὡς τι καινὸν ἀγγέλλει παριών.

Θεοτό. Τί δή ποτ' ἄρα σημάναί νένον θέλει;

Chor. Ἴδω, τί λέξει πνευστιῶν οὗτος θέλει.

130 Ἄγγ. Ὅττοτοί!

Καλλίστα, πότνα, σεμνοτάτα Μαρία,

Ipsum genui, novi autem quomodo genuerim.

120 *Chor.* O infelix, nescis quo malorum veneris,

Et hosce moves atque rejicis sermones.

Cum aurora illuxerit, Filii mortem videbis :

Totam noctem, ut ipsum capite damnent, scelesti absumunt.

Et jam video hic unum e Pueri famulis

125 Venientem spiritu irritato (anhelo),

Properanter suum cursum ad nos dirigentem,

Vultuque profert se quid novi mox nuntiatorum.

Deip. Quid igitur novi significare cupit ?

Chor. Videam. quid eloqui velit anhelus iste.

130 *Nunt.* Papæ! he!

Eximia, veneranda, castissima Maria,

Eheu, eheu, eheu, eheu!

Perinus, neque tamen ab ullo hostium.

Deip. Quam edis vocem? quem nuntium profers?

135 Age, dic, quis te novus rumor iterum terret?

1216-1217 *Chor.* Audisti, eheu! audisti, eheu! audisti,

Quis tuum Natum sceleratis prodidit?

Deip. An adhuc aliud novum annuntias malum?

Ecquis est? num quis est ex intimis?

140 *Chor.* Qui pecuniam accipiebat, pravus discipulus, ait,

Pecuniæ custos, imo potius vorax.

Deip. Hei mihi! quale hoc aliud malum ad malum accessit,

Si ab ipsis, qui videntur amici, prodimur?

An igitur ausus est miser hanc turpissimam rem?

120 Ὁ τλήμων, οὐκ οἶσθ'. Sic *Med.* vers. 1306, chorus de Jasono loquitur.

121 *Κάναμοχλεῦεις λόγους.* Addit Roill. *inscia*, ad explendum metrum: sed bene minus pro reverentia qua mulieres Deiparam prosequiebantur. Sic *Medea* vers. 1317, Jasonem furibundum irridet:

Τί τάσδε κινεῖς κάναμοχλεῦεις πύλας;

Quid hæcce moves, et vestibus removes portas?

124 *Τὸν Παιδός.* Ita *Reg.* Edit. τὸν Παιδός. Sic *ibid.*, vers. 1118, 1119, 1120.

133 Ἄπωλόμυσθ', etc. Ita fere auriga *Rhesi* vers. 867:

Ἡμεῖς δ' ὕπ' ἐχθρῶν οὐδενὸς πεπλήγημεθα.

Nos vero a nullo hostium percussi sumus.

A Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ!

Ἄπωλόμυσθ', οὐ δυσμενῶν τάχ' ὑπὸ του.

Θεοτό. Τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;

135 Ἄγ', εἰπέ, τίς φοβεῖ σε φήμ' αὐθις νέα;

Chor. Ἐκλυες, ὦ ἄιες, ὦ ἤκουσας δε,

Ἵος Παῖδα σὸν προῦδωκε ταῖς μαιφόνοις;

Θεοτό. Πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν ἀγγελεῖς κακόν;

Τίς ἐστι; μῶν τις τῶν φιλεῖν ἠλπισμένων;

140 *Chor.* Ἀργυροδέκτης, δύστροπος μύστης, λέγει,

Ἀργυροφύλαξ, ἀργυροτρόκτης πλέον.

Θεοτό. Οἱ μοι! τὸδ' ὄλον ἄλλο πρὸς κακῶν κακόν,

Εἰ τοῖς φιλεῖν δοκοῦσι κατειργάσμεθα;

Ἢ που τετόλμηξ' ἔργον ἀτολμον τάλας;

134 Τίνα θροεῖς αὐδάν; Sic *Orest.* vers. 1250, chorus Electram interrogat.

135 *Φήμ'.* Alii legunt *φημί*, et interpretantur: Quis terret te, o puella, dico iterum: non recte, ut nobis videtur: νέα namque hic puellam non significat, sed ad φήμη refertur.

142 Οἱ μοι! τὸδ', etc. Sic Hippolyti ancillæ ingemiscunt, vers. 874.

144 Ἢ που τετόλμηξ', etc. Ita fere Ægeus Medeam de conjuge suo querentem alloquitur, vers. 695:

Ἢ που τετόλμηξ' ἔργον ἀσχιστον τὸδε;

An igitur ausus est hanc turpissimam rem?

METRICA VERSIO.

Illi ut parens sim, sorte qua tamen scio.

Chor. Miseranda, nescis quo malorum veneris,

Et ista verba tu tamen seris inscia.

Aurora postquam illuxerit, mortem tui

Nati videbis, nocte quam tota viri

Contaminati sanguine una sanciant.

Et ecce video de grege tui Filii

Sectaque quemdam, turbido qui pectore

Properanter ad nos dirigat cursum suum,

Vultuque profert quid novi quod nuntiet.

Deip. Et quid novi jam, cuius hic sit nuntius?

Age, ergo, videam anhelus iste quid velit.

Nunt. Eheu! pudicas inter et pulcherrimas,

Atque venerandas prima, virgo eadem et parens,

Maria, ah, ah, ah, ah! nos perimus, nec tamen

Quidquid mali hoc est, ab aliquo hostium venit.

B *Deip.* Quænam ista vox est? Sermo quis, quem [detonas?]

Age, expedi hoc mihi, o puella, inquam, novus

Quis terror animum sic paventem concutit?

Chor. Audisti? An etiam nunc misellam præterit

Te, qui catervæ destinatæ sanguini

Cædique, natum prodiderit innoxium?

Deip. Ecce aliud autem de integro referes malum.

Quisnam ejus auctor? Num quis est ex intimis?

Chor. Ille, ille, vita perditæ, tum moribus,

Discipulus, ille, inquam, ille qui pecuniæ, et

Ærarij magister, aut potius vorax.

Deip. Eheu! quid hoc est, quod novum malis malum

Accedit ad cumulum, si ab his quos credimus

Nobis amicos, nos dati pessum sumus?

Certe ille facinus ausus est audax miser?

145 Τί δ' ἐγκαλῶν προδῶκε παντευεργέτην ;
 Ἥ τίς λαθὴ θράματος ἦν τῷ μαινῶλῃ ;
 Ἰορ. Ἄκουε τοῦδ', ὃς σοι τραυῶς πάντ' ἀγγελεῖ.
 Ἄγγ. Ἄκουε, τλήμον, ἡ τὸ πρὶν παναλβία,
 Ἄκουε ὅς σοι δυστυχεῖς φέρω λόγους.
 150 Θεοῦ. Αἰ, αἰ ! διοιχόμεσθα, δῆλος εἰ λόγῳ,
 Κακῶν γὰρ ἦσαι, ὡς εἰσικεν, ἀγγελος.
 Ἄγγ. Κακῶν μὲν, ἀληθῶν δ' ὄμωσ. Τί γὰρ φράσω ;
 Ἐπεὶ τὸ πάτχα καινόν, ὡς ἔφη, φάγοι,
 Μύσταις ἀριστον παραθεῖς, δειπνον μέγα,
 155 Δείξας τ' ἐν αἰνίγμασι τὸν αὐτοῦ πράτην ·
 Ἐπιτα νήσας τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας,
 Ἐξέπιν, ὡς εἴθιστ', ἐλατῶν εἰς ὄρος,
 Εἰπὼν τε μύσταις πάνθ' ἄπερ ταυῶν πάθοι,

A Καταρτίσας πάντας τε μυσταγωγίαις,
 160 Πολλοῖς ξὺν ἄλλοις καὶ τὰδ' εἶπε πρὸς Θεόν ·
 « Πάτερ, μέγιστόν νῦν πόρασχέ μοι κλέος ·
 Τὸ παρὰ σοὶ γὰρ μὴ λιπῶν ποτε κλέος,
 Εἰς μείζον ἤξω, δυσμενῆ κτανῶν βροτῶν ·
 Ἐθνη τε διδοῖς πάντ' ἔχοντι πρὸς σέθεν ·
 165 Λαθῶν δὲ πάντας, χ' ὡς ἀρισταῖον σφέων
 Ἵπερκερμασθεῖς αὔγε σαῖν χεροῖν νέμω.
 Κυδρούμενος δὲ τοῖς ἀριστεύμασί μου,
 Κάλει φίλους εἰς δαίτα. Μακάριος εἶ,
 Μακάριος τοιάδε διειργασμένος. »
 170 Ὁ δ' αὖθις ἀφήσιν ὡς βροτῶν ὄπα,
 Δηλῶν κλεισμὸν αἰθεροτρόμῳ βοῇ ·
 Καὶ πρὶν κλείσας, νῦν κλείσω σε κλέορ.

145 Quo crimine autem omnium bonorum largitore prodidit?

Aut quam facinoris ansam furibundus arripuit?

Chor. Audi hunc, qui tibi aperte omnia referet.

Nunt. Audi, o misera, quæ prius eras felicissima,

Audi, quos infelices tibi fero sermones.

150 Deip. Hei, hei ! perimus, significas hoc oratione :

Nam, ut videtur, venis nuntius malorum.

Nunt. Malorum equidem, at certiorum. Quid enim eloquar ?

Postquam pascha novum, ut ipse dixit, edisset

Discipulis prandium apponens, grandem cœnam,

155 Designassetque per modum ænigmatis sui proditorem,

Ac deinde abluisset suorum discipulorum pedes,

Egreditur, juxta morem suum, ad montem olivis consitum,

Cumque suis omnia sibi ferenda enuntiasset,

Cunctosque sacro firmasset mystico,

160 Inter plura alia, ad Deum hæc precatus est :

« Pater, maximam nunc præbe mihi gloriam ;

Qui eam quam apud te habeo, nunquam reliquerim gloriam,

Ad majorem evadam, hoste mortalium preempto :

Omniaque ex te possidenti da mihi gentes :

165 Cumque omnes acceperim, et ut ipsarum præmium

Suspensum fuerim, tuis iterum manibus rependam.

Gloriosior effectus ex præclaris facinoribus meis,

Invita amicos ad convivium. Beatus es ;

Beatus es, qui talia perfeceris. »

170 At ipse rursus, ut tonans emittit vocem,

Testatus gloriam clamore cœlum commovente :

1218-1219 Jam te glorificavi, nunc amplius te glorificabo.

140 Ἄκουε ὅς, etc. Sic apud Euripid. nuntius qui sententiam mortis adversus Orestem et ipsius morem Electram, ab Argivis latam narrat, v. 855.

150 Αἰ, αἰ ! διοιχόμεσθα, etc. Sic ibid. præ dolore exclamat Electra, vers. 856, 857.

158 Εἰπὼν τε. Ita legendum videtur. Edit. εἰπὼν τις.

163 Τὸ παρὰ σοί. Qui eam, quam apud te habeo,

nunquam reliquerim gloriam, ad majorem evadam, quasi novo eam cumulo complebo, meæ passionis triumpho et animalium lucro. Nec bene Roill. : Quæ ante tota profuit, quasi legeret παρὰ σοῦ. Ita fere iisdem verbis, ad diverso sensu Eurip. Bacch. vers. 1235, 1237, etc.

171 Κλεισμὸν. Auctor tragiæ seriem rerum gestarum non observat. Orante quidem Domino,

METRICA VERSIO.

Quo crimine autem agens reum illum prodidit,
 Perspecta in omnes cujus est benignitas ?
 Aut quæ furoris causa tam magni fuit ?
 Chor. Audi hunc, aperte qui tibi omnia disseret.
 Nunt. Nunc misera, paulo et ante felicissima,
 Audi tibi quæ infausta dicta nuntio.
 Deip. Occidimus, heu ! quantum ex tuis verbis liquet ;
 Malorum adest, ut est verisimile, nuntius.
 Nunt. Esto malorum, vera quæ novi tamen.
 Quid enim eloquar ? Postquam novo pascha modo,
 Ut dixit ille, edisset, apposito suis
 Apostolis epulo hilari et cœna, suo
 Et indicato venditore ænigmatē
 Verborum, et inde pedibus ablutis gregis,
 Ille ex recepto more sibi, montem ocus
 Petit olivis consitum, cumque omnia
 Sibi ferenda enuntiasset, et sacro
 Firmasset omnes, quotquot essent, mystico,

B Ut cætera laceam, ad Deum hæc precatus est :
 « Nunc Jam, Pater mi, gloriam quæ maxima est,
 Hanc exhibe : nam quæ perennis gloria,
 A te illa tota profuit, mortalium
 Hoste preempto, clariorem consequar
 Et ampliorem : quas tuo beneficio
 Gentes ego habeo, da mihi, quas præmium
 Tanquam rei gestæ bene acceptas, tuis
 Reddam vicissim manibus actus in crucem,
 Meaque factus clarior victoria
 Invita amicos gratas ad convivium.
 O te beatum, ter beatum, inquam, et quater,
 Cui datum sit omnia hæc exsolvere. »
 At ipse ut vocem rursus edit ut tonans,
 Clamore cœlum permovente, gloriam
 Testatus illam Filium qua cingeret,
 Hac voce : Jam te gloria insignem prius,
 Majore multo et ampliore ornavero.

Ἐπί δὲ μύσταις ταύτ' ἐνηχῆθη ξένως,
 Ἦκει πρὸς αὐτοὺς ἐν τόπῳ τοῦ χειμάρου,
 175 Πρὸς κήπον, ἧχι πολλάκις συνήγετο,
 Ὅν οὐδ' ὁ πρᾶτης ἀγνοῶν, νυκτῶν μέσον
 Ἐφθασεν, ἔχλον τῶν μαιφόνων ἄγων,
 Σιφηφοροῦντας καὶ φρονούντας ἐν θράσει·
 Ὅς καὶ προσίων, ὡς φίλος, Διδασκάλω,
 180 Ῥαβί, προσειπὼν, χαῖρ', ἐφίλει δυστρόπως.
 Θεοῦ. Φεῦ, φεῦ! τί χεῖρον τοῦδε τολμήσειε τις;
 Τί γάρ ἄν πρὸς αὐτὸν ἀντέφησε Παῖς ἐμός;
 Ἄγγ. Οὐκ εἶπεν οὐδὲν, κλήν· Ἐταῖρ', ἐφ' ᾧ πάρει;
 Ἄφαρ δ' ἔβαλον χεῖρας οἱ μαιφόνους.
 185 Ἄμμες δ' ἀφέντες ἄλλος ἄλλη φεύγομεν.

A Πέτρος δ' ὁ κλεινὸς καὶ λόγους ἀπέπειτο.
 Μόνος δ' ἐπιστήθιος εἶπετ' ἀτρέμας,
 Ἐδοξε δ' αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πεπυθῆναι,
 Σιγῇ λέγοντος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἤρέμα
 190 Τὸν δύστροπον πρᾶτην γε τοῦ Διδασκάλου·
 Ἐ Τῆς ἀσεβείας! ὦ τάλ', οὐ φοβῆ Θεόν;
 Οὐ θεσμὸν αἰδῆ τῶν βροτῶν τῆς οὐσίας;
 Ἄδάμ τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν,
 Καὶ πατριάρχας ἐκλελεγμένους γένους;
 195 Μύστης φανείς, σὺ συμμαθητὰς αἰσχύνεις·
 Τὸν Μυσταγωγὸν, φεῦ! προδοὺς ἀργυρίου
 Προδῶκας αὐτὸν εἰς φόνον μαιφόνους.
 Οὐκ εἶπεν, οὐ σῆς προνοήσατο φρονός,

Cum autem hæc insolito modo discipulorum aures percussissent,
 Venit cum illis, ad locum torrentis,
 175 Ad hortum, quo sæpius se conferebat,
 Quem haud nesciens venditor media nocte
 Prævertit, agmen scelestorum ducens,
 Sicarios, et audaciam spirantes:
 Qui et accedens, ut amicus, ad Magistrum,
 180 Dicens: Ave Rabbi, eum osculatus est perfide.
 Deip. Eheu, eheu! quid atrocius quis ausus fuisset?
 Ecquid ad hunc respondit Filius meus?
 Nunt. Nihil dixit, nisi: Amice, ad quid venisti?
 Statimque ipsi manus injecerunt scelerati.
 185 Nos autem, eo relicto, alius alio effugimus.
 Petrus inclytus ipsum verbis abnegavit.
 Solus, qui pectori incubuit, secutus est quiete;
 Et ipsi visum est aliquem audisse,
 Qui submissa voce, et veluti solum sic alloqueretur
 190 Perditum Magistri sui venditorem:
 Ἐ Vah! impium scelus! o miser, neque times Deum!
 Neque ullam vereris legem generis humani?
 Neque Adam terrigenæ spicæ satorem,
 Neque patriarchas electi generis?
 195 Discipulus habitus, tuos sodales dedecore afficis;
 Mysteriorum magistrum pecunia venditum
 Ad ipsam mortem barbaris prodidisti.
 Nonne præcavit tibi, præmonuitque animo

venit vox de cælo, Joan. xii, 29, sed nihil tale contigit, cum oravit post ultimam cœnam, nec ullus evangelistarum hoc narrat contigisse.

174 Ἦκει πρὸς αὐτοὺς. Venit cum illis (discipulis); rarior equidem talis hujus præpositionis acceptio. Sed nihil aliud sane vult auctor quam quod refert Joan. xviii, 1.

177. Τῶρ. Male edit. τοῦ.

186 Ὁ κλεινός, etc. De suo addit Roill. audax.

187 Ἀτρέμας. *Quiete, silentio.* Roillet.: *Nihil timens.*

192 Τῆς οὐσίας. Roillet., *Juris.*

193 Σπείραντα. Ita Reg. cod. Edit. σπείρωντα. Ita Iere Med. vers. 479:

... Καὶ σπερούντα θανάσιμον γύν.

... Et seminantes lethalem segetem.

194 Ἐκλελεγμένου γένους. *Electi*, id est, *Israeliticæ gentis*; nec bene Roill., *Generis antiqui viros.*

METRICA VERSIO.

Hæc insueto cum modo comitum omnium
 Aure percussissent, sæpius quo cogeret
 Omnes ad hortum, parte qua torrens aquæ
 Præterfluebat, huc coegit: perditus
 Quem non et ipse callidusque venditor
 Oblitus, alta nocte prævertit, manum
 Sicariorum cæda multa insignium
 Audaciaque dux trahens: qui postquam eo
 Venit, ut amicus ad magistrum: Ave Rabi,
 Dicens, eum ipsum est osculatus perfide.
 Deip. Eheu! quis unquam facinus hoc atrocius
 Patrasset? ego, quidnam meus in hunc Filius?
 Nunt. Nil gravior in eum quidquam, at id solum
 intulit:
 Amice, quidnam huc advenis? Tum protinus
 Injectæ in illum barbaræ hinc atque hinc ma-
 ius.

B Ipso relicto, nos alius alio fugam
 Arripimus. Quin iste Petrus inclytus
 Audaxq; je, verbis abnegavit hunc suis:
 Solus secutus, nil timens, qui pectofi
 Incubuit hujus: quin mihi videor quoque
 Audisse quemdam, clanculum qui perditum
 Et veluti solum venditorem Heri sui
 His conveniret vocibus demurmurans:
 Ἐ Vah! impium scelus! o miser, nec tu Deum
 Metuis nec ullam juris humani times
 Legem, et satorem terræ spicæ Adamum,
 Et patriarchas generis antiqui viros?
 Discipulus habitus, tu gregem socium nota
 Inuris inhonestæ, sic sacrorum principe
 Aurum ob avarum vendito, ut tu proderes
 Eum cruentis ad necem diram viris.
 Nonne ille mentem dixit, et scivit tuam,

Σκοπεῖν ἐφ' οἷσι νῦν ἐκὼν ἀλύγεται ;
 200 Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγαροῦν γνοίης τάχ'·
 Ἔγ' ἴσθι, πατὴρ εὐσεβὴς θάλαπαι γένος·
 Εἰ μὴ γὰρ ὄρκους Ἀβραὰμ ὑπεσχέθη,
 Οὐκ ἂν ποτ' ἔσχε μὴ τάδ' ὑπεξίεναι,
 Κάντευθεν ὑμῖν ἀποδοῦναι τὴν δίκην.
 205 Δοκεῖς γὰρ αὐτὸν τάδ' ὑποστῆναι πάθῃ,
 Εἰ μὴ τι κερδαίνοντα κάντευθεν μέγα ;
 Νῦν δ' ἐκ χθονὸς μὲν ὧκ' ἂν ἐρχεται πάλιν,
 Κατῶς ἀνεῖσι. Σίγα, δέξεται χριστίν,·
 Ἐρῶν καθ' ὑμῶν Πατρὶ σὴν ἀμαρτίαν,
 210 Λαοῦ τε τοῦδε μαινάλου τολμητρίαν,
 ἣ καὶ προεῖπε Δαυΐδου γλώσση πάλαι

A Οὐκ ἀγνοῶν τι, καὶ πρὸ τῆς τολμηρίας·
 Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν ἐνδόξων λόγων,
 Ἐργῶν τε κλεινῶν, μυρίων θαυμασιῶν·
 215 Ὀψεσθε δ' ἐν Πατρὸς μολοῦντ' αὐθις κλέει,
 Κρίσιν φέροντα ζῶσι καὶ τεθνηκόσιν,
 Καὶ πᾶσι παρέχοντα τὸ κατ' ἀξίαν.
 Πῶς γοῦν προσφύει σὺ τε καὶ μισαιφόνος,
 Ἥ ποῖαν οὐκ ἐκτίσας ἔνδικον τίσιν ;
 220 Πλὴν καὶ πρὸ τοῦδε τίσας ἔνδικον τίσιν,
 Εἰ μὴ χέρας νύψεσθε τὰς μισαιφόνους,
 Ἄς, ἦν θέλητε κἂν ταυὺν ξυνιέναι,
 Αὐτὸς ῥυτοῖς νάμασιν ἀπομαύρξεται.
 Ἥ σῆς γε τόλμης νῦν μάθηρς γεγευμένος,

Inspicere ea quorum gratia volens in dolore versatur ?
 200 Tu vero noluisti ; igitur mox senties.
 Certo scias, patris pium fovet genus.
 Nisi enim Abrabæ jurejurando fuisset astrictus,
 Nunquam hæc inulta sivisset,
 Ac vobis pœnam confestim irrogasset.
 205 An etenim putas ipsum talia passum fuisse,
 Nisi magnum exinde perspexisset emolumentum ?
 At nunc quidem mox ille terra se efferi,
 1220-1221 Mirabiliterque ascendit. Sile, judicium arripit,
 Declarans adversum vos Patri tuum scelus,
 210 Plebisque hujus cruentæ audaciam,
 Sicut olim ore David prædixit
 Haud ignoranti, priusquam hæc facinora evenirent ;
 Totamque replebit terram claro fidei præconio,
 Operibusque magnificis, innumerisque miraculis :
 215 Videbitis autem in Patris gloria iterum venientem,
 Mortuis ac vivis judicium ferentem,
 Et omnibus juxta sua merita rependentem.
 Quomodo igitur ipsius vultum sustinebitis, tu et scelesti,
 Aut qualem justam non exsolvetis pœnam ?
 220 Sed ante hunc diem æquum subibitis supplicium,
 Nisi manus sanguine infectas abluetis,
 Quas, si velitis nunc etiam intelligere,
 Ipse liquidis fluentis abstergeret.
 Intelliges sane, cum tuam degustaveris audaciam,

204 Ἦμῶν. Ita legit Combesius, melius quam
 τῶν, ut in editis.
 205 Δοκεῖς γάρ, etc. In isto versu et seq. imita-
 tur auctor noster Eurip., apud quem Medea vers.
 368 et 369 sic loquitur de Jasonē :
 Δοκεῖς γάρ ἐν μὲ τόνδε θωπεύσαι ποτ' ἂν,
 Εἰ μὴ τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην ;
 Pater enim me blandis verbis compellaturam fuisse
 [unquam,
 Nisi aliquid lucri captarem aut machinarem ?
 207 Ἐρχεται. Melius quam in edit. ἐρχεται.
 208 Δέξεται χριστίν. Combesius hæc verba jun-
 git sequentibus, Πατρὶ σὴν... οὐκ ἀγνοῶντι. Cum Pa-
 tre judicium accipiet, cui notum est scelus tuum, etc.,

ad quod auctor accessit Davidis auctoritatem ex
 ps. 108, qua sic Dei præscientiam contestatur : le-
 git etiam in cod. Reg. pro ἀλγῶν, ἀθυμῶν, quæ in
 editis, ἐρῶν καθ' ὑμῶν, quæ lectio vera ipsi videtur :
 nam Christo in cœlum recepto dolere et mœrere
 non convenit.
 213 Ἐνδόξων λόγων. De Evangelii prædicatione
 hæc profecto sunt intelligenda.
 215 Ἐν Πατρὸς μολοῦντ' αὐθις κλέει. In Patris
 gloria venientem ac majestate : nec bene Roill. : Pa-
 tris hinc ad gloriam sui reversus. Id ante dixerat,
 κατῶς ἀνεῖσι, sed hic de extremo judicio loquitur
 poeta.

METRICA VERSIO.

Ea meditari, quæ lubens propter, cruces
 Perferi ? At animo qui tuo nullum modum
 Tunc adhibuisti, postea jam senties.
 Piam ille certe sustinet patris genus.
 Nam nisi is Abraham jurejurando foret
 Astrictus, ista non subiret quæ subit ;
 Nec inde pœnas innocens exsolveret,
 Nisi certa magni hinc surgeret spes com-
 [modi.
 At nunc quidem mox ille se terra efferet,
 Mirabilisque ascendet in cœlum : sile,
 Judicium et idem suscipiet una suo
 Cum Patre mœrens et dolens ob noxiam
 Solamque populi insaniam audacem sui,
 Davidis olim ut ore prædictum fuit,

B Quem non et ausum etiam ante quidquam præterit,
 Qui, qua patebit terra; sermone hanc potens,
 Immensus opere, magnus et mirabilis
 Totam replebit, Patris hinc ad gloriam
 Sui reversus, ille mortuis sedens
 Vivisque judex digna factis omnibus
 Æquus rependet. Ergo qui vultum illius
 Et tu, et tui isti sanguine aspersi viri
 Tum perferetis ? Justa quæ non perdit
 Solvetis illi supplicia ? Quin ei diem
 Hunc ante, pœnas vos luētis debitas,
 Nisi abluatis sanguine infectas manus,
 Quas, si velitis nunc vel etiam attendere,
 Hic ex fluente sibi liquore abstergerit.
 At tu brevi nunc cum scelestorum grege

223 Σὺν σοὶ δὲ καὶ πᾶς τῶν ἀλαστορῶν ὄχλος.

Nūn δ' εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν,
Ἦν μὴ τι πάθης, ὧν φόβος πολὺς κρατεῖ,
Κάγῳ προφήτης τῶν λόγων γενήσομαι.

Ἄλλ' ἐκποδῶν ἀπιθι, καὶ σαυτοῦ πέρι
230 Φρόντιζε· τ' αὐτοῦ δ' αὐτὸς εὐ γε θήσεται.

Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, καθανῆ κακὸς κακῶς,
Πρώτως κρεματοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένος,
Πέδημ' ἐς ἄδην κραιπνὸν ὀρμήσας τάχα,

Λύπη παχνωθεὶς, ὡς προδοῦς ἄργυρου,
235 Καὶ νῆμα πυρὸς παμφάγου σε δέξεται.

Οὐ γὰρ θέλεις νῦν ἐκφυγεῖν τιμωρίαν.
Καὶ τῶνδε τεύξῃ, προὔνετ' αὖ σοὶ τάδε·

A Οὐ σ' ἡ 'πιούσα λαμπὰς ἕψεται θεοῦ·

Οὐ νεκρεγέρτου νεκρέγερον κατίζεις.

240 Ἐς γὰρ τοσοῦτον μωρίας ἀφικάνεις,

Ἦς τ' ἐξὸν αὐθις δεῖν' ἐλεῖν βουλεύματα,

Καὶ πάντ' ἀφέντα προσπασεῖν διδασκάλῳ,

Καὶ τῶν βλεφάρων θερμὰ χῦσαι δάκρυα,

Βρόχον κρεματοῖν ἐξανάψεις ἀγχόνης.

245 Ψυχὴν ἀφείναι τοῖς βροχώμασι τρέχων.

Ἦμως δὲ κἂν τοῖσδ' οὐκ ἀπειρηκῶς, σέ πως

Σώσει, τὸ σὸν γε προσκοπούμενος κέαρ·

Οὐ γὰρ δύναται ἂν ἀγαθὸς που μὴ μένειν.

Ἄλλ' οὐ σε μὴ θέλοντα κερδᾶναι θέλει·

250 Οὐ γὰρ νόμον τίθησιν ἐν βροτοῖς βίαν·

225 Et tecum omnis execrandorum cohors.

Nunc igitur si oportet te manere, mane ad unum diem,

Si non quid patiaris eorum, quæ vehementer metuo,

Et ego hosce sermones vaticinatus fuero.

Verum de medio secede, et de teipso

230 Sis sollicitus : sua ipse recte constituet.

Tu vero, ut decet, male malus occides,

Primum pendulis e laqueis suspensus,

Saltu incito in inferos statim ruas,

Mœrore constrictus, ut qui innoxium pecunia prodiderit,

235 Et fluvius ignis omnivori te excipiet.

Neque enim vis nunc effugere pœnam.

Et hæc consequeris, et hæc tibi prædico :

Postera Dei lux non te videbit :

Neque redivivum ex mortuis conspicias :

240 Eo enim insanitæ devenies,

Ut cum liceat de novo matura capere consilia,

Et omnibus relictis, ad gœna Domini procidere,

Et calidas ex oculis profundere lacrymas,

1222-1223 Laqueum pensilem appendes,

245 Ut ad ipsum properans animum demittas.

Ne his quidem spem abjiciens, tibi salutem

Præstaret, si tuum pœnitentem animum intueretur :

Neque enim benignitate sua potest excidere.

Sed te nolentem non vult lucrari ;

250 Neque enim vim pro lege sancit hominibus ;

226 Nūn δ' εἰ μένειν, etc. Ita fere Med. vers. 355, 356.

229 Ἄλλ' ἐκποδῶν ἀπιθι. Sic apud Eurip. Phædra nutrici suæ respondet, vers. 708, 709 :

Ἄλλ' ἐκποδῶν ἀπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι

Φρόντιζε. Ἐγὼ γὰρ τὰ μὰ θεῶν καλῶς.

Quamobrem de medio secede, et de teipso

Sis sollicita. Ego enim mea recte curabo.

231 Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς. Ita Med. vers. 1386.

233 Πέδημ' ἐς ἄδην. Sic Hippolyt. apud Eurip. vers. 826. Ibid. τάχα. Reg. τάχος.

238 Οὐ σ' ἡ 'πιούσα. Combef. legit, quasi foret unica vox ; vertit enim : Non blande mulcens lumen affulgebis. Verum errat vir doctissimus ; conflatur

enim ex articulo ἡ et participio ἐπιούσα, ut videre est apud Euripid. Med. vers. 350, 351, ubi leguntur isti duo versus fere iisdem vocibus expressi, et

Oreit. vers. 630, ubi οὐπιὼν apponitur pro ὁ ἐπιὼν.

242 Προσπασεῖν. Reg. Med. προσδραμεῖν.

244 Βρόχον κρεματοῖν, etc. Ita Hippolyt. v. 802.

245 Ψυχὴν ἀφείναι. Ut in laqueis dimittas animam.

247 Ἦμως δὲ κἂν τοῖσδ', etc. Ne his quidem repulsus, ne victa quidem ipsius patientia, salutem præstabit, animum tuum pœnitentem videlicet intueus.

Alia prorsus diversa reddit Roillet. Ita fere Jaso Medeam alloquitur vers. 459 ; hunc versum et duos sequentes omisit Fabricius.

METRICA VERSIO.

Expertus istam intelliges audaciam.

Si differendum est, unicum differ diem,

Eventum ad horum quæ metuo valde tibi,

Verumque vatem me omnium tibi videris.

Jam proripe hinc te, dum licet ; curam tui

Ipsius habe ; sua ipse recte viderit.

Tu certe, ut æquum est, jam male malus occides,

Primum laqueo in nexili pendens, ruas

Inas in umbras manium, saltu incito,

Mœrore confectus gravi, ut qui innoxium

Prodideris argento ; ibi voracis te impetus

Sorbebit ignis. Quando pœnam vindicem

Effugere non vis, te manent hæc omnia.

Quin ista tibi prædico : non fulgor Dei,

B Qui consequetur, ora lustrabit tua,

Neque redivivum ex mortuis cernes miser.

Eo ipse nam procedis hinc amentia,

In posterum ut cum firma tibi capere et bona

Consilia liceat, et relictis omnibus

Ad gœna Domini procidere, largas genis

Stillare lacrymas, pensilem contra implices

Laqueum, viam omnem vocis ut tibi obstruas.

Ut ut sit, ille, si modo nullo excidas

Spe firma, et altum pectus insonet maum,

Servabit, ut qui gentium nusquam sibi

Exuere possit insitam elementiam.

Verum, ut repugnes, non, repugante. n sibi

Asciscet ille : non enim legem viris

ἤκιστα τοῦδε λῆμμ' ἔφω τυραννικόν.
 ῥαγεὶς γὰρ αἰσχροῦς πάγκρακον ῥήξεις κίαρ.
 Ἄλλ' οὐτι ταύτη ταῦτα (μὴ σοὶ που δόκει),
 ἔτ' εἰς ἀγῶνας σύ τε καὶ μαιφόνοι,
 255 Καὶ πᾶσι συνδράσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι·
 Αἰσθοίτο δ' αὐτῶν δῆμος ὕβριστῆς ἄπας,
 ἢ τοι θανόντος, ἢ φάος δεδορκότος,
 ὅς νᾶμα πυρὸς αὔθις ὑποδέξεται.
 Ὅρθως λέλεξται μῦθος ἀψευδῆς ἔδε·
 260 Ἄκου', Ἰούδα, σὼν κακῶν κατάστασιν,
 Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν, ἢ σκῆψιν μόνην.
 Οὐ γὰρ θεὸς σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει·
 Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ καὶ γνώμῃ βροτῶν

Τὸ σωφρονεῖν ἐνεστὶν εἰς τὰ πάντ' αἰ. »
 A 265 Ταῦτ' εἶπεν, οὐκ οἶδ' ἀγγελὸς τις ἢ βροτὸς
 Πρὸς αὐτὸν, ὡς εἶρηκα, τὸν Λογοπράτην.
 Θεοτό. Ὡ γαῖα μήτηρ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαί,
 Οἶων λόγων ἀρῆρητον εἰσῆκουσ' ἔπα!
 Τάχ' ἐξ ὀπαδοῦ δρᾶμα, Παῖ, κατηρτύθη,
 270 Ὅν πολλάκις ἐδειξας αἰνιγμῶ φίλοις·
 Οὐ γὰρ σ' ἔλαθε τῶνδ' ἄς αἴτιος κακῶν.
 Ὡ παγκάκιστε, τοῦτο γὰρ σ' εἰπεῖν ἔγω,
 Σὺ ταῦτ' ἔδρασας, σὸν προδοῦς εὐεργέτην·
 Σὰ ταῦτα, δαῖμον· τίς γὰρ ἄν ἄλλος ποτὲ
 275 Ἔδρασεν, ἢ βούλευσε δυσμενῆς ἀνὴρ;
 Ὅλοιθ' ὁ δράσας· ἢ δίκη δ' ἐφίσταται,

Ejus lucrum in tyrannide haud positum est.
 Crepans enim turpiter pessima rumpes viscera.
 Verum neque eatenus hæc erunt (ne tibi usquam illud persuadeas),
 Adhuc te et sceleratos bella manent,
 255 Et omnes conscios mala gravissima,
 Quæ sentiet omnis plebs proterva,
 Sive cum mortuus fuerit Christus, sive cum lucem redivivus aspexerit,
 Quam deinceps ignis fluvius excipiet.
 Recte editum est istud infallibile oraculum :
 260 Audi, Juda, statum tuorum malorum,
 Etsi nihil proficiam, nisi quod excusationem habeam.
 Neque enim Deus te ad saniozem mentem coget :
 vagandi foras, abjiciens, vel quod probrum vitare
 cupiens.
 545 Κομψὰ, etc. Lepida, mollia seminarum dicta
 non excipiebam.
 546 Νοῦν. Ita Reg. H. II. Prave edit. νῦν.
 547 Χρηστὸν. Ita Reg., quæ lectio melior, ut-
 pote magis consentanea Euripidi unde hic versus,
 sicut et alii præcedentes, videtur excerptus. Editi
 Χριστόν, sicque vertit Roill.

METRICA VERSIO.

Non terra corpus, ipse non adeo polus
 Meum recipiat, non mei Natī manus
 Animam, perinde ac exspecto, et me spes alit,
 Quæ vana nunquam me, scio, deluserit.
 Hæc certa cuncta sunt mihi, neque enim loqui
 Ultra ista fas est flentem ut addeceret; mala
 Nam perfero, quæ lacrymas justas trahunt:
 Atque haud scio, an quid præter hæc post perfe-
 [ram.
 Primum tamen mihi bona explicanda sunt,
 Miseranda magis ut sim malis tot obruta.
 Expers tori, eadem virgo permanens eram,
 Et quæ modestas feminas artes decent,
 In his meam operam collocabam gnauiter,
 Deo suam mihi semper in rebus meis

B Admetiente et largiente gratiam.
 Hoc itaque probrum feminis impingitur
 Sive illud insit, sive non insit, tamen
 Male ut audiat quæ se domi non continet.
 Hoc ego laborans effugere, primum domi
 Me continebam intra atria ipsa, mulierum
 Lepidas repellens cantiunculas, eo
 Contenta præceptore Christo, quem mei
 Nunc ipsius doctorem habeo mihi, satis
 Edocta, quam res pulchra sit modestia
 Et quam reportet veram ubique gloriam:
 Atque ut meæ linguæ silentium, meo
 Sic imperabam oculo quietem, haud inscīa
 Quibus oculos evincerem, quibus etiam
 Nonnulla fursus victa placide admitterem.

Ἀκήρατον δὲ μ' ἐκ Θεοῦ λαβὼν ἀνήρ,
 Αἰθεὶς τὸ παρθένειον ἄμμ' ἀκήρατον
 555 Τηροῦσαν ἀπέδωκεν· οὐδ' ἔστι λόγος,
 Τὰ πράγματ' αὐτὰ καὶ γὰρ ἀπήλαγξέ με.
 Οὕτω δ' ἔχουσα, τῷ Θεῷ μνηστεύομαι.
 Κάντεῦθεν ὕδιν, πῶς, ἐρεῖς, ἐγεινάμηνη.
 Ὅπως γυνή τις οὐ κομπάσῃ τεκεῖν ποτέ.

560 *Chor.* Καλλίστα, πότνα, σεμνοτάτα παρθένη,
 Ἀνανδρον ἢδ' ἀνυμφον ἴσμεν μητέρα,
 Μόνην σε πασῶν τῶν κατὰ γῆν μητέρων.
 Μαιευσάσης χεῖρ, κλήρον οὐ δεδεγμένη,
 Κατηγόρησε πιστὰ σοῦ θείου τόκου,
 565 Θεόν τε φῶς' ἔκλυες ἀγγέλου τεκεῖν.

Accipiens autem me intactam ex Deo vir,
 Iterum virgineo flore illæso
 555 Immaculatam reddidit : hæc non sunt mera verba ;
 Etenim res ipsæ prodidere.

1240-1241 Dum sic se haberent res meæ, Deo spondeor :
 Exinde Filium, quomodo, inquires, genui,
 Quemadmodum nulla mulier se peperisse jactaverit.

560 *Chor.* Optima, castissima virgo,
 Innuptam et absque sponso te scimus matrem,
 Unicam ex omnibus quæ in terra degunt.
 Obatetricis manus, cujus nullæ in eo partes,
 Divini tui partus fidem prædicavit,
 565 Deumque hominem parituram te ex angelo audisti.
 Opera, quæ edidit, humano generi non competunt :
 Et stupendum erit, quod mortalium more patiat.
Deip. Rem miram dixisti : si ita sit Patri placitum,
 Ut hinc mortalibus bona proveniant.
 570 Nec enim aliud remedium est, quo ab iis mors depellatur,
 Quo miseri corruptionis malis liberentur.
 Et ego docebo, quam hoc se pulchre habeat.
 Verbum enim, quod hominem scientiam docet,
 In me inhabitavit, et gratiam largitur.
 575 Postquam hominem e terra formaverit Conditor,
 Posueritque in paradiso plantarum cultorem,
 Exinde volens ad cælum perducere,
 Serpens festinavit, mulieris fraude,

553 Ἀκήρατον δὲ μ', etc. Ita fere *Troad.* vers.
 570, *Andromache* :

Ἀκήρατον δὲ μ' ἐκ πατρὸς λαβὼν δόμων.
 Accipiens autem me intactam ex domo paterna.
 556 Τὰ πράγματ', etc. Alludere videtur ad ea
 quæ habet liber apocryphus, Jacobi fratris Domini
 inscriptus *De integra virginitate Mariæ probata et
 ornata, etiam postquam prolem, Filium Dei, susce-*
perit.

561 Πιστὰ σοῦ θείου τόκου. Ita Reg. H. II. Male
 editi θείος τόκος. Hæc ex apocrypho illo descripta,
 quod jam observavit Combesius in *Andrea Cre-*
tensi et Zenone Veronensi, e cujus sermonibus nunc
sunt expuncta.

565 φῶς'. Prave editi φῆς.

Ἄ Ἔργα δ', ἄπερ δέδρακεν, οὐ θνητοῦ γένους·
 Καὶ θάμβος ἐστίν, εἰ πάθῃ θνητῶν πάθος.
 Θεοτό. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τὸδ' εὐδοκεῖ Πατήρ,
 Ὡς διὰ τοῦτο τοὺς βροτοὺς ἀγάθ' ἔχειν.
 570 Οὐκ ἄλλο γὰρ φάρμακον ἐν θνητοῖς μόρου,
 Φθορᾶς δ παύσει τοὺς ταιλαιπῶρους κακῶν.
 Κάγῳ διδάξω, ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
 Ὅ γὰρ διδάσκων γνῶσιν ἀνθρωπον Λόγος,
 Ἔμοι κατεσκήνωσε, καὶ χάριν νέμει,
 575 Ἐπεὶ βροτὸν πέπλακεν ἐκ γῆς ὁ Πλάσας,
 Λειμῶνί τ' ἐντέθεικε φυτῶν ἐργάτην,
 Ἐντεῦθεν εἰς ὀλυμπον ἀνάγειν θέλων,
 Ἀράκων δὲ νιν ἔσπευσε, γυναικὸς πλάνῃ,

568 *Εὐδοκεῖ.* Ita Reg. H. II. Editi *ἐξαρχεῖ.* Sic
 fere *Hippol.* chorus nutricem alloquitur vers. 278 :
 Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τὰδ' ἐξαρχεῖ πόσει.
 Rem miram dixisti, si hæc placeant marito.
 569 Βροτοὺς ἀγάθ' ἔχειν. Ita fere *Bacch.* v. 235 :
 Ὅστε διὰ τούτων τὰγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν.
 Ut homines habeant bona propter ipsum.
 570 Οὐκ ἄλλο γάρ, etc. Minus recte Roill. *M
 dicina nulla potior, quasi alia esset minus efficax.
 Non est in alio aliquo salus. Non enim aliud nomen
 est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos
 salvos fieri (Act. IV, 12). Male profecto redderetur :
 Non est aliud potius nomen. Vide ibid. Bacch. vers.
 285 et seqq.*

METRICA VERSIO.

At me maritus cum viri expertem a Deo
 Et integram accepisset, idem etiam sacri
 Me vincula servantem pudoris reddidit.
 Hæc verba non sunt, testis eventus fuit.
 Cum sic haberent se meæ res, spondeor
 Deo : inde miro Filium peperit modo,
 Quo nulla se peperisse jactet femina.
Chor. Veneranda virgo, honesta, casta, to uni-
 cam

Has inter omnes terra matres quas habet,
 Matrem absque sponso scimus et viro. Suas
 Hic nulla partes et suam manum obstetric
 Deprædicavit ; partus hic divinus est.
 Deumque partu te edituram nuntia
 Vox angeli testata, tum quæ ille editus

B Fecit, genus mortale non præ se ferunt.
 Proin stupendum hoc, tale si detur pati
 Huic, quale generi contigit mortalium.
Deip. Mirum quidem istud, sed Pater si sic jubet,
 Ut majus in homines bonum sese efferat :
 Medicina nulla potior in mortem fuit,
 Qua cumceta tollens sordium contagia
 Primo nitore assereret humanum genus.
 Et jam optime rem cedere indicavero.
 Nam verbum id, a quo scire mortali influit,
 Me matrem obumbrans, gratiam omnem contulit.
 Ex quo ille figulus snxit e terra patrem,
 Hunc arborum cultorem amœna per loca
 Errare jussit, quem polo post redderet.
 At ipse serpens, femina in fraudem excita,

Λειμώνος ἐκβαλεῖν τε, καὶ ῥίψαι πόλου.
 580 "Ὁδ' ἀντεμνηχανήσαθ', οἶα δὴ Θεός,
 Γυναικὶς ἐκφύναί τε, καὶ Θεὸς μένων,
 Βροτὸς γενέσθαι, καὶ βροτῶν ἀναιρέτην
 Σφαγεῖς κατασκάψαι τε καὶ ῥίψαι ποσίν.
 Οὕτω σὺ πείθου, καὶ Θεὸν πρὸς γῆν δέχου
 585 Ἐλθόντ' ἀγαγεῖν πρὸς πόλον βροτῶν γένος·
 Καὶ σπένδε, καὶ κλεῖζε, καὶ τόνδ' εὐλόγει.
 Αὐτὸ γὰρ νιν ἔφει πρὸς χθόν', ὡς ἐκ παστάδος,
 Θρώσκοντα τύμβου, καὶ γ' ἀνιόντ' εἰς πόλον,
 Ὡς αὐτὸς εἶπε, καὶ πρὸ τοῦ θεοπρόποιοι.
 590 Ἐλπὶς δέ μοι σύνεστιν ἀσφαλεστάτη.
 Ἔμοι γὰρ ὑπὲρ πάντας, ὅσι λείπεται,

A Σύνεστιν ἐλπὶς, οὐδὲ κλέπτομαι φρένας.
 Ἐξείν τι κεδόν· ἡδὺ δ' ἐστὶ καὶ δοκεῖν.
 Ὅταν δὲ μάλλον ἐλπὶς ἀσφαλῆς μένη.
 595 Τὸ χάριμα ποῖον! ἀλλὰ νικῶμαι πόνοις,
 Καὶ προβλέπω μὲν ταῦθ', ὅπως ἔσται τάχα·
 Λύπη δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν ἐλπισμάτων.
 Χορ. Πάγκλυτε, παγκαλλίστα κούρη, παρθένε,
 Ἐμβρυον, ὡς φῆς, τὸν Θεὸν πλουτήσασα,
 600 Σὺ ταῦτ' ἐπέγνω· καὶ τὰ λοιπὰ νῦν σκόπει.
 Σοφωτέραν γὰρ ἴσμεν οὐδ' ἂν σε βροτῶν,
 Καὶ ταῦθ' ὀρώσων συνιέναι καὶ τέλος·
 Ὡς φορικτὰ πάντα καὶ βροτησεῖν γένει.
 Πλὴν τῇ τεκοῦσῃ δυσμαθῆ ξυνιέναι.

E paradiso eum expellere, et e caelo projicere.
 580 Verbum autem e contra excogitavit, dignum sane Deo,
 E femina nasci, et Deum permanens,
 Homo fieri, et mortalium eversorem
 Mactatus funditus evertere, pedibusque allidere.
 Hæc tibi certa sit fides, ac Deum in terram excipere,
 585 Qui venit, ut hominum genus ad caelum perduceret.
 Libaminibus, et hymnis, et benedictionibus ipsum prosequere.
 Rursum enim visurus es in terram, velut e thalamo,
 Prosilientem tumulo, et in caelum redeuntem,
 Ut ipse dixit, et ante ipsi divini vates.
 590 Hæc spes est mihi certissima.
 Etenim præ omnibus, quibus est residua,
 1242-1243 Me sovet spes, neque me meus fallit animus,
 Aliquid commodi mihi obventurum; dulce vero est hæc opinari.
 Cum autem spes securior evaserit,
 595 Quanto gaudio efferar! sed malis obruor,
 Et prævideo quam mox sint hæc futura;
 Et mæror spes meas exsuperat.
 Chor. Gloriosa, optima puella, virgo,
 Cui obtigit ut Deum infantem in utero gestares, sicut ais,
 600 Hæc nosti; et reliqua nunc inspicere.
 Cæteris enim mortalibus sapientiorein te novimus,
 Et ea mentis sagacitate, ut et illa et extrema intelligas:
 Quam horroris plena hæc omnia sint humano generi,
 Et intellectu difficilia, te, quæ genueris, excepta.

583 Κατασκάψαι. Sic Reg. H. II, quæ lectio meior quam in editis κατασφάξαι.

587 Ὁψεί. Roill., pugnante sensu, rem quasi præteritam exponit: Quem jam videris.

590 Ἐλπὶς δέ μοι, etc. Sic infra vers. 615.

591 Ἔμοι γὰρ ὑπὲρ πάντας, etc. Sic Andr. Troad. vers. 676, etc., at sensu diverso:

Ἔμοι γὰρ οὐδ', ὃ πᾶσι λείπεται βροτοῖς,
 Σύνεστιν ἐλπὶς· οὐδὲ κλέπτομαι φρένας
 Πράξειν τι κεδόν· ἡδὺ δ' ἐστὶ, καὶ δοκεῖν.

Mihi enim nulla, quæ omnibus relinquitur mortalibus,
 Superst spes: nec animo decepta puto

Me illo modo rem commode gesturam. Incertum
 [tamen est hæc opinari.

592 Οὐδὲ κλέπτομαι, etc. Pulchra hæc in Maria, in qua dolor certam proximi gaudii ex Filii gloria expectationem non imminuit.

599 Πλουτήσασα. Deum, ut ais, tantum thesaurum gestasti.

METRICA VERSIO.

Properavit illum sic loco illo excludere,
 Ut et viam omnem, spemque cæli occluderet.
 Oppositus illi callido prudens Deus,
 Id statuit, ut sic feminæ ex alvo editus
 Mundum hunc subiret, ut manens idem Deus
 Indueret etiam membra morti obnoxia:
 Mactatus ipse hunc morte mactaret sua
 Victor triumphans, et pede urgeret suo,
 Invecta per quem mors foret mortalibus.
 Hæc certa tibi fides sit; in terram excipere
 Sic commeantem tu Deum, ut genus homi-

[num

Cælo bearet; hunc honora, suscipe,
 Thurisque liba odore, quem jam videris
 Hic et sepulcro prosilire, non secus
 Ac e toro, mox lucidum in caelum eveli,
 Ut ipse dixit, et sacer vatum chorus
 Prædixit: hæc spes est mihi certissima,

B Hos inter omnes quibus aliqua menti insita:
 Nec fallit animum jam futurum quidpiam
 Quod gloriosum effulgeat: suave id quoque
 Est cogitare. Ac tuta cum permanserit
 Mibi spes magis, vah! gaudio quanto efferar!
 Ut res sit, ipsi obruor malis tamen.
 Prævideo quam mox sint futura hæc omnia;
 Validior at spem mæror insurgens premit.

Chor. O virgo, formæ quæ nitore cæteras

Præis, puella nobilis, quæ bajulans
 Infantem in utero, ut tu refers, tuo, Deum
 Thesaurum eodem bajulasti maximum:
 Ut noris ista, reliqua nunc etiam vide.
 Nam qua præis tu cæteris prudentia,
 Hoc certius te prima quæ prævideris
 Est ultima æquum nosse; et omnia generi
 Hominum ardua hæc sunt inviaque, soli tibi
 Quæ nota matri, scire cui datur abdita.

605 Θεοτό. Ὡς δυστάλαινα τῶν ἐμῶν ἀληγημάτων! Ἄ Πῆ γάρ μ' ἀπαγγέλλεις ἀκούειν δειμάτα,
 Ὡς οἶδα μὲν πολλ', οἶδ' οὐχ ὅπως φράσω.
 Ὡς θάμβος ἐστὶ τοῦτον ἠωρημένον
 ἴδέν με, καὶ θανόντα, κἀν ἰκουσίως·
 Ἰὼ μοι, ἰὼ! Ἄλ, ἀλ!
 610 Ἐμ. Τί γοῦν, τί δράσεις, ὦ παθοῦς ἀμήχανα;
 Θεοτό. Οὐκ οἶδα πλὴν τοῦ κατθανεῖν, εἰ μὴ τάχει
 τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος λάβω.
 Ὡς ἐστὶν ἐλπίς λίαν ἀσφαλεστάτη.
 Μίαν μόνην μέναι με δεῖ τῆν αὔριον,
 615 Ὡς ξυμπερανθῆ φροντίς, ἥ με νῦν τρύχει.
 Ἄλλ', ὦ φῶ! Ἰὲ, μὴ μ' ἔρημόν σου λίπης.
 Ἐμ. Ἄλ, ἀλ!] ὀρηνοῦσα πολλά, τρανὸν οὐδὲν δεικνύεις.

Πῆ γάρ μ' ἀπαγγέλλεις ἀκούειν δειμάτα,
 Πείθεις τε πολλά δειματοῦσθαι τοῖς λόγοις·
 620 Πῆ δὲ θρασύνεις, κούδεν ἄρα καθαρῶς.
 Θεοτό. Οὐ μακρὰν ἐστὶ τέρμα τῶν ἠλιπισμένων.
 Ἐμ. Αὐτὴ μὲν οὕτω ναὶ εἰσέβη σκάφος,
 Γραφῆ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσα ἐπίσταμαι·
 Ναύταις γὰρ ἦν μέτριος ἢ χειμῶν φέρειν,
 625 Προθυμίαν ἔχουσι σωθῆναι πόνων·
 Ὅ γὰρ παρ' ὀλαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαίφεσι βεβῶς,
 Ὅ δ' ἀντιλον εἰργων ναὶς· ἦν δ' ὑπερβάλῃ
 Πολὺ παραχθεις πόντος, ἐνδόντες φορᾶ,
 Παρήξαν αὐτοῖς κυμάτων δρομήμασιν.
 630 Οὕτως δὲ καγῶ δειν' ὄρωσα πῆματα,

605 *Deip.* O misera, quam meis doloribus obruor!
 Quia scio quidem multa, nescio quomodo hæc efferam,
 Quam stupeo hunc sublimem in cruce
 Intueri, et morientem, etsi sponte sua.
 Hei mihi, hei! ah, ah!
 610 *Semi.* Quid igitur, quid ages, o tu quæ impossibilia tolerasti?
Deip. Nescio. præter mori, nisi cito
 Malis præsentibus accipiam remedium.
 Hæc spes est mihi certissima.
 Unicam diem posteram me oportet manere,
 615 Ut exitum habeat cura quæ me nunc afflicta.
 Verum, o Fili charissime, ne me deseras.
Semi. Ah, ah! plurimum ingemiscendo, nil planum facis:
 Hinc enim nuntias plura quæ metu aures implcant,
 Verbisque tuis magnum terrorem suades:
 620 Illinc in spem nos erigis, sed omnia sunt obscura.
Deip. Non in longum differetur speratarum rerum terminus.
Semi. Ipsa quidem nondum intravi scapham navis,
 Sed ex conspectu picturæ et auditu scio;
 Si nautis enim tempestas mediocris sit ad tolerandum,
 625 Habent promptitudinem laborum ut serventur,
 Hic quidem ad clavum, ille vero ad vela vadens,
 Alius vero sentinam hauriens: si vero superaverit eorum vires
 1244-1245 Vehementer turbatum mare, cedentes fortunæ,
 Permittunt se fluctuum cursibus, ac jactationibus.
 630 Sic et ego gravissima intuens mala,

606 Ὡς οἶδα μὲν πόλλ', etc. Sic *Hippolyt.* vers. 1091:

Ὡς οἶδα μὲν ταῦτ'· οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
 Quis scio quidem hæc; nescio tamen quomodo hæc
 [efferam.

613 Ὡς ἐστὶν ἐλπίς, etc. Ita supra vers. 590.
 614 *Μίαν μόνην μέναι*, etc. Ita fere *Medea* rogat Jasonem vers. 340 et 341:
 Μίαν με μέναι τῆνδ' ἑσσον ἡμέραν,
 Καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ἥ φευρούμεθα.
 Concede mihi ut possim tantum hunc diem manere,
 Et perficere deliberationem qua Jugiam, etc.

616 Σοῦ. Forte σύ.

617 Ἄλ, ἀλ! Hæc verba in versu abundant.

621 Οὐ μακρὰν ἐστὶ τέρμα τῶν, etc. Ita Reg. H. II, quam lectionem optimam esse, merito censet Combessius. Editi οὐ μακρὰν ἐστὶ πημάτων, et non longe estis a calamitatibus expectatis.

622 Αὐτὴ μὲν οὕτω, etc. Sic *Troad.* a vers. 681 usque ad vers. 691, Hecuba iisdem fere vocibus utitur.

628 Ἐνδόντες φορᾶ. Ita Reg. H. II. Editi ἐνδὸν τις φορᾶ. Eurip. ἐνδόντες τύχη.

METRICA VERSIO.

Deip. Quam misera magnis obruor doloribus!
 Quam nosco multa, quæ eloqui haud tamen scio!
 Quam stupeo ut illum video sublimem in cruce
 Prudentem, ut ipse sponte concidat sua!
 O ter quaterque miseram, ah! ah!....
Semi. Quid ergo? quid jam summa perferens ages?
Deip. Nescio, nisi quod unicum solatium
 In morte sit mihi, nisi calamitatibus
 Tot me prementibus modum aliquem invenero.
 Spes adeo firma crastino concluditur
 Solo die, expectare quem me oporteat,
 Ut cura cedat illa quæ misere me habet.
 Sed tu, Nate mi chare, ne me deseras.
Semi. Lamenta quorsum hæc, si nihil planum
 [facis?

B Nam et illa dicis quæ metu aures implcant,
 Et cogis ut paveam misera; mox adjicis
 Quæ me erigunt in spem, sed obscura omnia.
Deip. At jam novæ vos proximæ hæc clades manent.
Semi. Nunquam carinam ingressam navis; tamen
 Picta ex tabella edocta, verbisque id scio:
 Si quando nautis incubat, quam perferam,
 Lenis procella, quisque tum pro se id studet,
 Ut a periculo emergat; hic clavo insidet.
 At scandit ille vela, malosque ocius,
 Sentinam alius exhaurit; at supra modum
 Si pontus intumescit ira exæstuans,
 Navi procellarum arbitrio et casus data.
 Credunt se aquarum fluctibus turgentium:
 Sic mala videns horrenda, muta sum, et loqui

"Αφθογγός εἰμι, καὶ παρῆσ' ἐὼ στόμα.

Νικᾷ γὰρ, ὡσπερ οὐκ Θεοῦ, δεινὸς κλύδων.

Σὲ δ' ἔλπεις ἀσφαλῆς εἶθε τρέφοι,

Δέσποινα παγκοίρανε, μήτηρ Κοιράνου.

635 Ἄλλ' ἐκ λόγου γὰρ ἄλλος ἐκθαίνει λόγος.

Τίν' ὧδε δ' αὐ δέδορκ' ἰθύνοντα δρόμον;

Ἄ, ἄ τίνα στείχοντ' ἀθρῶ νῦν ἐνθάδε

Στυγνοπρόσωπον, δακρύων πεπλησμένον;

Ἄγγ. Δέσποινα κούρη, δεσπότου μήτηρ Λόγου,

640 Μὴ με στυγήσης. Οὐχ ἐκῶν, ἐκῶν δ' ὄμωκ,

Λύπερ' ἀγγελῶ σοι πρὸς παλαιούς καὶ νέα.

Θεοτό. Τί δ' ἐστίν; ὡς μοι φροίμων ἄρχη κακῶν.

Α Ἄγγ. Δέσποινα κούρη, πῶς ἐρῶ; πῶς σοι φράσω;

Σοὶ γὰρ μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον,

645 Σφοδρὰς τ' ἀνίας καὶ πικρῶν ἀληθδόνων.

Ἦ πότνα κούρη, σεμνοτάτα παρθένε,

Ἦ σε στενάζω λυπρὸς ὦν, μύστης δ' ὄμωκ

Τῷ Μυσταγωγῷ πιστός, κἄν πάσχοντ' ὄρῳ.

Θεοτό. Τί δ' ἐστίν; Ἐδραίων τι μηνύεις νέον;

650 Ἄγγ. Παῖς νῦν σὸς οὐκ ἔτ' ἔστιν, ὡς εἶπειν ἔπος.

Δέδορκε μὲν τοι φῶς ἐπὶ σμικρὰς ῥοπής.

Θεοτό. Πῶς φῆς; τί τοῦτ' ἔλεξας; οἶδας δ' αὐτόθεν;

Ἄγ', ἐπέ μοι, φράσον, τίνοι θνήσκει μέρω;

Χριστὸν τὰ νῦν φῆς Παῖδ' ἀθανάτου Πατρὸς,

Muta sum, et omitto eloqui ista.

Vincit enim me infelix tempestas, quæ divinitus venit.

Te vero tuta spes utinam nutriat,

Domina præpotens, Domini mater.

635 Verum alius alium trahit sermo.

Quem iterum huc video cursum dirigentem:

Ah, ah! quem huc accedentem nunc aspicio,

Vultu tristem, lacrymis madentem?

Nunt. Domina virgo, Domini Verbi parens,

640 Ne me odio habeas; invitus, volens tamen,

Novas præter veteres annuntio tibi calamitates.

Deip. Quid vero est quod tam malum exordium incipis?

Nunt. Domina virgo, quomodo dicam? quomodo tibi loquar?

Nam tibi fero sermonem, qui curam tibi,

645 Vehementem tristitiam, et amarus excitabit dolores.

O veneranda puella, castissima Virgo,

Ut te deploro, tenuis, discipulus tamen

Magistro fidelis, etsi eum patientem intueor.

Deip. Quid est? num quid novi de Hebræis indicas?

650 Nunt. Filius tuus amplius non est, ut ita dicam;

Exiguo temporis momento adhuc videt lucem.

Deip. Quomodo dicis? Quid locutus? Scisne ex isto loco?

Dic mihi, declara, quonam mortis genere obit?

Loquerisne de Christo Patris æterni Filio,

632 Ὅσπερ οὐκ Θεοῦ. Legit Combefisius ὡς οὖν. Ipsi quippe visa durior lectio, quæ in Reg. H. in linea notatur. Minus apta ratio, inquit, vincere gravem tempestatem, ut quæ non sit a Deo, imo vero, ut quæ sit ex Deo, Deique consilio, sicque tota patientis Christi tragœdia, Patris εὐδοκία, etsi illi ministrarunt Judæi propria malitia. Deus nimirum, quæ prænuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum suum, sic implevit. Verum censemus legendum, ut apud Eurip. Troad. vers. 691 οὐκ, contractivè pro ὄκ. Ut autem stet metrum, posuimus ὡσπερ.

633 Σὲ δ' ἔλπεις, etc. Uno pede claudicat hic versus. Forte legendum σὲ δ' ἔλπεις αὐτὸν ἀσφαλῆς εἶθε τρέφοι. CAILLAU.

635 Ἄλλ' ἐκ λόγου, etc. Sic ibid. Troad. vers. 701.

640 Μὴ με στυγήσης, etc. Quæ lectio melior quam in editis μὴ τε, utpote magis consona Euripidi, ex quo videtur excerptus ipse versus, Troad. vers. 705.

642 Τί δ' ἐστίν, etc. Ibid. vers. 707.

644 Σοὶ γὰρ μερίμνης, etc. Sic Hippol. vers. 1157, nuntius Theseum alloquitur.

647 Ἦ σε στενάζω, etc. Ita Bacch. vers. 1026.

650 Παῖς νῦν σὸς, etc. Ita fere Hippol. vers. 1162 et 1163, nuntius Theseum de filii sui mortis certiores facit.

653 Φράσον, etc. Editi φάσον, a φάω pro φημί. Sic Bacch. vers. 1039, chorus a Nuntio sciscitatur quo mortis genere obit Pentheus.

METRICA VERSIO.

Dum conor, hæret lingua faucibus meis.

Nam vincit ille, qui ex Deo non prodiit,

Exæstuantis calamitatis impetus.

At te, parentem cui datum est fieri Dei,

Præesse cunctis, tuta semper spes alat.

Dicto sed ex alio aliud dictum incidit:

Quisnam ille, rursum quem video recta pedem

Huc ferre? vultu ah! quam severo lacrymas

Stillante multas prodeuntem conspicio?

Nunt. O præpotentis filia et mater Dei

Verbique, me æqua mente nuntium excipe:

Invitus, idem tibi tamen bene cupiens,

Præter vetera, malorum ero novus nuntius.

Deip. Quidnam hoc? Inauspicatum id est proce-

lunium.

B Nunt. O virgo, quid jam, quid loco primo eloquar?

Acerba, dura, tristitia, horrenda, aspera,

Et quæ tua sunt digna cura nuntio.

Puella casta, augusta virgo, quam dolet

His me molestum lacrymis te prosequi!

Quamcumque Doctor perferat meus cruce,

Tamen manebit discipuli constans fides.

Deip. Ecquid novum de gente Judæa indicas?

Nunt. Natus tuus, si sic mihi fas est loqui,

Nunc amplius non est, vel uno temporis

Momento is animam efflavit extremam occidens.

Deip. Quæ verba sunt hæc? unde scis? anne ex eo

Ipsa loco? age, dic, cedo, quonam tollitur

Ex luce mortis genere? Christum illum ipsum ais

Patris perennis Filium, quem spes erat

655 Ὅν ἐλπὶς ἦν καὶ τὸν ἄθανατον μένειν,
 ῥύσθη τ' ἴσασθαι παντὸς Ἰσραὴλ γένους ;
 Ἄγγ. Ἐπεὶ πόλιν γε τῆσδε Σολύμων χθονὸς
 Αἰκόντας, ἀφίκανον ἐς Στρωτοῦς Λίθους,
 Ἄνακτ' ἐμὸν σύροντες ἀλάστορ ἔχλος,
 660 Δύτιχ' ὁμιλος οὐρανοδρόμων ξύλω
 Ἄνηγον, ἦγον, ἦγον εἰς ἄκρον τέλος·
 Ὅρθος δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο.
 Ἐς κλῶνας δ' ἐγκάρσιον ἄλλον εὐθέως
 Ἐτεινον, ἐξέτεινον, ἤλωσαν χέρας,
 665 Πόδας δὲ καθήλωσαν ἐν πικρῷ ξύλω.
 Ὡς δ' ἴσχον οὕτω Δεσπότην ἤρτημένον,
 Ἄλλα μὲν αὐτὸν καλάμῳ κραταιῶδω

A Ἐβαλλον, ἀντίπτωρον εἰσθάντες πέτραν·
 Ἄλλοι δ' ὑσώπων σπόγγον ὄξους ἐμπλεον
 670 Χολῆ κεκραμένου δ' ἀνήγον ἐς στόμα.
 Οἱ δ' ὡσὶν ἤχην οὐ σαφῶς δεδεγμένοι,
 Οὐτ' εἶδον οἱ ἔρεξε θαύματ' ἐν βροτοῖς,
 Ἄλλως διήγον, καὶ διήνεγκαν κάρας·
 Καὶ στέρν' ἔτυπτον ἀμαθῶς ἀγνωσίᾳ.
 675 Ἐγὼ δὲ πόρρω (Δεσπότη γὰρ εἰπέμην),
 Πρῶτον μὲν εἰς χλοηρὸν ἴδον που νάπος,
 Τάτ' ἐκ ποδῶν σιγηλά καὶ γλώσσης ἀπο
 Ἐσῶζον, ὡς ὄρων νιν, οὐχ ὀρώμενος
 Ὅχλω κακεργάτη τε καὶ μαιφῶν.
 680 Σέ τ' αὖ δακρυχέουσαν ἐστῶσαν ἰδών,

655 Quem spes erat fore ut et ipse maneret immortalis,
 Et omne genus Israelitarum liberaret?

Nam. Postquam, urbe Jerosolymorum

Relicta, in Lithostrotos pervenisset

Scelestorum agmen, regem meum trahens,

660 Statim sublimi cruce extulerunt,

Sursum egerunt, et ad ultimum sustulerunt.

At ille rectus in altum ætherem firmabatur.

1246-1247 Protinus in alterum arboris ramum

Manus extenderunt, clavisque confixerunt,

665 Et pedes in fixo stipite defixerunt.

Cum autem ita Dominum suspendissent,

Alii ipsum arundine caput percutiente

Verberaverunt, ascendentes rupem oppositam;

Alii hyssopo oblitam spongiam aceto impleverunt

670 Felle permisto, et ipsius ori admovent.

Hi, qui vocem auribus non clare perceperant,

Neque viderant quot miracula inter homines edidisset,

Temere se habebant, et capita in diversa ferebant:

Illi vero inscite pectus ignorantia tundebant.

675 Ego autem a longe (sequabar enim Dominum),

Primum quidem virenti in saltu sedi,

Eaque pedibus quietus, et tacitus lingua

Observabam, illum videns, neque visus

A nefaria et cruenta cohorte.

680 Verum ubi te hic stantem, lacrymisque fluentem video,

658 Ἀφίκανον ἐς Στρωτοῦς Λίθους. Lapsus hic memoria tragediæ auctor; non enim Lithostrotos, sed Calvariæ mons dictus est locus, ubi fuit Christus affixus cruci. Lithostrotos erat prætorium, sive ejus atrium, in quo Pilatus posito tribunali sententiam mortis in Servatorem dixit: non urbe egressus est Pilatus, sed e prætorio.

662 Ὅρθος δ' ἐς ὀρθόν, etc. Ita fere Bacch. vers. 1071, 1093, 1095, ubi tragicum poetam haud sane feliciter auctor voluit æmulari.

667 Καλάμῳ κραταιῶδω, etc. Hæc contigerunt,

non ubi Christus in patibulo fuit suspensus, ut auctor confundit, sed ubi lata mortis sententia, irrisorie eum purpura induerunt, sceptri loco calanum in manu dederunt, et caput ipsius spinis coronatum percusserunt, Matth. xxvii, 30. Frustra igitur eos ἀντίπτωρον εἰσθάντες πέτραν, ejusdem ac ipsamet crux altitudinis petram conscendentes, inducit auctor, ut ita percuterent, quod ab omni probabilitate excidit.

671 Οὐ σαφῶς, etc. Sic H. II. Edit. ὡς σαφῶς.

674 Καὶ στέρν' ἔτυπτον, etc. Ut centurio.

METRICA VERSIO.

Semper futurum, nulla quem mors tolleret,
 Judæa quem gens sibi putaret vindicem?

Nam. Postquam urbe Solymorum relicta, in edi-
 [tum

Venere stratum plurimis saxis locum,

Regem trabentes impiæ turbæ meum:

Statim caterva molis ingentis crucem

Cælo minuantem egere sursum perditæ,

Egere sursum, et sustulere ad ultimum.

At ille clarum rectus os in æthera

Est actus, uno et altero ramo arboris

Dextram et sinistram extensus, et fixus manus

Clavis acutis, parteque infima pedes.

Sic cum omnium rerum potentem altam in crucem
 Illi impudissent, saxæ mole editum

B Locum occupantes, alii eum aeri arundine

In os petebant, alii aceto spongiam

Plenam offerebant felle commisto, oblitam

Hyssopo in illius siti. At vero suis

Qui facta tantum hausere vocemque auribus,

Neque testibus oculis fidelibus edita

Videre magna miraque, caput hi suum

Movere frustra, et contudere pectora

Ignara crebro verberare et planctu æninus.

Hunc ego sequabar ut mihi Dominum, sedens

Saltu in virente, qua locus sese dabat,

Pedibus quietus, tacitus et lingua. omnia

Servans, vidensque, visus a nullo tamen

Diræ cohortis impiæque. At te simul

Vidi ut fluentem lacrymis, stantem, illico

Huc veni, ut illa indigna quæ cognoscerem

"Πλουθον εἶπαιν οὐ καλῶς ππραγμένα.

Θεοδό. Ἰώ μοι, ἰώ!

Αἰ, αἰ! Τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται,

Πῶς, πῶς δ' ἔτι ζῶ, καὶ φέρω ταῦτα κλύειν;

685 Ἴδειν καὶ ταῦτα πῶς ποί' ὁσω παντλήμων;

Ἴτ', ὦ γυναῖκες, τὰς Γαλιλαίας τέκνα,

Προσεῖπατ' αὐτὸν, καὶ προπέμψατε χθονός

Ἦ δεῦτε φίλοι, δεῦτε, λίπωμεν δέος.

Χορ. Σὺ γὰρ φύγῃς τὸν δῆμον, ὥστε μὴ πάθῃς.

690 Θεοδό. Κἀγὼ τόνδε λιπούσα εἰς τί καὶ τρέσω;

Ἰωμεν οὖν, ἰωμεν, ἀπέστω φόβος.

Τί γὰρ ἔτι ζῆν κέρδος ἴμιν ἐνθάδε;

Ἄλλ' ἀπίωμεν, ὡς ἴδω Παῖδες πάθη.

Ἰώ μοι, ἰώ!

695 Γυναῖκες, ἔψιν παιδρὰν οὐχ ὀρῶ Τέκνου.

Α Χροῖαν γὰρ ἠλλάξατο καὶ κάλλος ἔεινον.

Γυναῖκες, ὄμμα στυγνὸν ὡς εἶδον Τέκνου,

Ποθῶ τεθῆναι, ζῆν δ' ἔτ' οὐδὰμῶς σθένω·

Χωρεῖτε, χωρεῖτ', οὐκέτι τὸ ζῆν φέρω.

700 Ἦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσι φανεῖς,

Τέκνον ποθεινὸν, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;

Ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων τίνεις;

Ἄγνάς γάρ, ἀγνάς χειρας αἱμάτων φέρεις,

Ἄγνά τε χεῖλη, καὶ μέλος πᾶν, καὶ στόμα,

705 Ψυχὴν πάναγνον, ἀδολὸν τε καρδίαν.

Καὶ πῶς ὀρῶ ληστοῖς σε συνηρημένον,

Οὐδ' ἐξ ἑπακτοῦ τινὸς ἐχθρῶν κτημονῆς;

Φίλος δ' ἀπόλλυσ' οὐκ ἄκονθ' ἐκουσίως

Μύστης, δν ὑπέδειξας ἄρτω σοῖς φίλοις,

710 Φειδευόμενος τάλανος, ὡς φύγη κακόν·

Veni, horrendorum flagitiorum nuntius

Deip. Ehe! mihi, ehe!

Ah, ah! quid agam? mihi cor deficit.

Quomodo, quomodo adhuc vivo, et hæc audire sustineo?

685 Et qui feram, o miserrima, o miserrima, ut hæc unquam videam?

Ite, o mulieres, Galilææ filix,

Illum salutate, et e terra deducite:

Venite, filix, venite, metum exuamus.

Chor. Quin potius plebem fuge, ne quid mali patiaris.

690 Deip. Et ipsum deserens, quo trepidans confugiam?

Eamus igitur, eamus, metus omnis exsulet.

Ecquid enim nobis exinde lucri vivere?

Abeamus, ut Filii tormenta conspiciam.

Hei mihi, hei!

695 Mulieres, hilarem Filii mei vultum non video.

Colorem enim et exiniam pulchritudinem immutavit.

Mulieres, ex quo tristem Filii mei oculum vidi,

Mori cupio, neque amplius vivere possum:

Recedite, recedite, non amplius vivere sustineo.

1248-1249 700 O tu, qui commune hominibus emolumentum visus es,

Fili exoptate, cujusnam jure hæc pateris?

Qualium autem peccatorum pœnas exsolvis.

Mundas enim, mundas a sanguine fers manus,

Munda labia, omne membrum, et os,

705 Mundissimam animam, cor fraudis nescium.

Et quomodo cum latronibus te suspensum video,

Neque ab aliquo hostium incursante?

Amicus te volentem ultro perdidit

Discipulus, quem, pane ipsi porrecto, amicis indicasti,

710 Huic misero sic indulgens, ut malum fugeret;

οὐσι προπεμψατε. etc. *Deducite emigrantem humanis: officiose prosequimini.* Vide infra vers. 1495, ubi sermo est de Christi sepultura.

689 Ὅσπε. Melius quam in edit. ὅς τι.

696 Χροῖαν γὰρ ἠλλάξατο, etc. Ita Iere vers.

4168 Nuntius de Medea loquitur:

Χροῖαν γὰρ ἀλλάξασα, λεχρία παλιν, etc.

Num mutato colore, obliqua retro, etc.

701 Τοῦ δίκην. Ita Reg. Editi τοῦ δίκης. *Cujusnam accusatione? a quo in judicium vocatus? cui interrogati mox respondetur vers. 708.*

710 Ὡς φύγη. Melius quam in editis ὅς.

METRICA VERSIO.

Admissa, fidus indicarem nuntius.

Deip. Hei! hei! mihi infelici, hei! hei!...

Ah! misera, quid agam? Cor mihi omne deficit.

Ecquid ego adhuc vitam trahens hæc audio?

Et qui feram, isthæc ut misera videam parens?

Ite, Galilææ feminæ terra satæ,

Ite, ite, et illum voce vestra adducite

In terram: agite jam vos, sodales, hunc metum

Omnem exuamus. Chor. Quin fuga te sustrabis

A plebe potius, ne mali quid accidat?

Deip. Hæcine ego sublato, mihi quidquam horream?

Eamus ergo, eamus, hinc absit pavor:

Hic vita nobis esse quæ suavis potest?

Quin efferamus hinc pedem ut videam mei

Tormenta Nati. Hei! hei! mihi miserrimæ.

Charæ o sodales, cerno nil hic Filii;

Usque adeo forma rara mutata et color.

B Dilectæ o, inquam, Filii ut vultum mei
Squalore vidi plurimo, et sanie obsitum,
Mors sola votum est; vita, mors tantum mihi:
Agite jam, agite vos, non sero vitam amplius.
Qui vita cunctis es datus mortalibus
Communis, o dilecte Fili mi, quid hæc,
Aut quo jure nunc pateris? Admissum tibi
Quale istud ob quod tam graves pœnas luis?
Maculata nullo sanguine est tibi manus,
Sunt munda labra, membra singula, os doli
Expers, animaque casta, fraudis nescium
Cor omnis; et qui cum latronibus tamcum
Te video in alto pendulum ligno, dolo
Non hostis alicujus tibi, aut injuria?
Amicus heu! te discipulus olim tuus
Volens volentem perdidit, quem tu tuis
In pane amicis indicasti, perdidit

Κἄν οὐ συνῆκε, κάμπεσόν βροχώμασι.
 Τίος δ' ἔκητι, σέ γ' ἀποστέλλει Πατήρ ;
 Τίς σ' ὧδ' ἀτίμως ἠθέλησε τεθῆναι,
 Δύστηνος ; ὅλον, ὅλον ἔργον νῦν βλέπω
 715 Οὐ τλητόν, οὐδὲ λεκτόν. Ἄλλ' ἀπαλλύμην,
 Αἰ, αἰ, Τέκνον, σὼν πανταδίκων σφαγμάτων !
 Αἰ, αἰ, μάλ' αὖθις ! ὡς κακῶς διόλλυσαι,
 Ὅσα ἐξαμαρτῶν αὐτός, ἀλλ' ἁμαρτίας
 Πρώτης γυναικὸς ἐξώμενος βλάβην !
 720 Οὐδ', οἶδα μὲν τὰδ', οἶδα οὐχ ὅπως φράσω,
 Καὶ συνῶ μὲν, οἶα ταῦτ' ἔσται τάχει,
 Ἄγρος δ' ὑπερθεν τῶν ἐμῶν ἐλιτισμάτων,

Neque illud novit, cadens in retia.
 At cuius gratia huc te misit Pater ?
 Quis tibi tam ignominiosam mortem infligit,
 O miser ? quale, quale facinus nunc intueor !
 715 Intolerandum, infandum. Verum interii.
 Ah, ah, Fili, quam prorsus iniqua tua occisio !
 Ah, ah, iterum ! quam male disperis,
 Nec eo quod peccaveris, sed ut delicti
 Primæ feminae labem abstergeres !
 720 Novi, novi quidem hæc, sed quomodo eloquar, nescio,
 Neque id me fugit quam brevis erit rerum exitus,
 At miser spes meas longe exsuperat ;
 Ingemisco acerba calamitate donita,
 Calidisque lacrymis madent oculi.
 725 Semper enim est muliebre genus
 Suspiriorum et fletuum plurimorum capax.
 Christ. O mulierum omnium optima,
 En tibi adest virgo novus filius.
 Ecce autem tibi, o discipule, parens virgo.
 730 Quid igitur, quid, mulier, lacrymis oculos perfundis ?
 Cur oculos demittis et lacrymaris ?
 Cur stas perturbata, cum feliciter rem geris,
 Nec tranquillioram meo exemplo induis habitum ?
 1250-1251 Hæc consona sunt oraculis

713 Τίς σ' ὧδε. Reg. H. II, τί σ' ὧδε, legitque
 Baillet. : at vox δύστηνος Patri non convenit. Reg.
 Med. τίς ὧδε ; quis, miser, sic infamem, vel ut in
 editis τίς σ' ὧδε : quis te, miser, in animum induxit,
 ut tam ignominiosam mortem subires ? Sic vultus
 vers. 1207 et 1208 patrem Medæe de ipsius morte
 ingemiscantem refert.

Τίς ὧδ' ἀτίμως ; δαιμόνων σ' ἀπώλεσε ;
 O misera filia,
 Quis deorum tam turpiter te perdidit ?
 715 Οὐ τλητόν. Sic Theseus Hippolyti. vers. 846 :
 Οὐ τλητόν, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' ἀπωλόμαν.
 Non ferendum, neque dicendum ; sed perii.
 716 Αἰ, αἰ, Τέκνον, etc. Ita fere Troad. vers.
 624, 625, Hecuba Polyxenæ immolationem luget :
 Αἰ, αἰ ! τέκνον, σὼν ἀνοσιῶν προσφαγμάτων,
 Αἰ, αἰ, μάλ' αὖθις ! ὡς κακῶς διόλλυσαι !

A Στένω τε πικρᾷ συμφορᾷ νικωμένη,
 Δάκρυσι τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται.
 725 Ἄει γάρ ἐστι τὸ γυναικεῖον φύλον
 Πολύστονόν τε καὶ πολύδακρυ πλέον.
 Χρι. Ἴδ', ὡ γυναικῶν ἐξ ἀπασῶν βελτίων,
 Ὁ παρθένος, πάρεστιν υἱός σοι νέος.
 Ἴδου δὲ καὶ σοί, μύστα, μήτηρ παρθένος.
 730 Τί γοῦν, τί, γύναι, δακρυόεις τέγγεις κόρας
 Τί δ' αὖ κατηφείς ὄμμα, καὶ δακρυρροεῖς ;
 Καὶ συγχυθεῖσ' ἔστηκας, ἦνίκ' εὐτυχεῖς,
 Κούκ' εὐμενῆ τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχη ἔτροπον ;
 Ταῦτα ξυνοῦδὰ τοῖς προηγορευμένοις,

Heu, heu ! filia, ob tuam immolationem.
 Heu, heu, iterum ! quam male periisti.
 719 Πρώτης. Ita Reg. H. II. Mendose editi πρώτος.
 722 Ἄγρος δ' ὑπερθεν, etc. Sic et supra vers.
 597 et infra 744.
 728 Υἱός σοι νέος. Ita Reg. H. II. Editi ὡς Υἱός
 φίλος.
 729 Παρθένος. Ita Reg. H. II. Editi παρθένου.
 730 Τί γοῦν, τί, γύναι, etc. Sic Medeam alloqui-
 tur Jaso vers. 922 et seqq. :
 Αὐτὴ τί χλωροῖς δακρυόεις τέγγεις κόρας,
 Κούκ' ἀσμένῃ τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχη λόγον ;
 Quid tu rigas pupillas teneris lacrymis, . . .
 Neque libenti animo a me accipis hunc sermonem
 731 Τί δ' αὖ κατηφείς, etc. Ita pædagogus ibid.
 vers. 1012 Medeam interrogat. Sic et vers. 1005
 734 Ταῦτα ξυνοῦδὰ, etc. Ita supra vers. 451 et

METRICA VERSIO.

Parens, ut omne sic malum effugeret : quod is
 Minus etiam novit, cadens in retia.
 Ac cuius huc te gratis misit Pater ?
 Et qui te in istud mortis infamis genus
 Adiecit infelix ? Facinus heu ! quam grave,
 Infandum, et atrox video, verum actum illicet !
 Iniqua, Nate, ah ! quam tua hæc mactatio !
 Ah ! inquam, ah, ah ! mi Nate, quam misere occidis,
 Nullius in te conscius, verum eluens
 Quam mulier olim prima fecit noxiam.
 Scio, scio ista, verum ut eloquar haud scio :
 Nec id fugit me quis brevis rerum exitus
 Harum est futurus : spes meas vincit dolor
 Victaque malorum mole repetito ingemo,

B Madentque nostræ lacrymis crebris genæ ;
 Ut molle matrem omnium est semper genus,
 Suspiriorum et fletuum omnium capax.
 Christ. O inter omnes mulier optima, en tibi
 Qui virginali dote præditus, loco
 Hunc filii chari habueris tibi. En quoque,
 O discipule, virgo, parentis in loco
 Quam reverearis. Quid, o quid, o mulier, tuos
 Sic spargis oculos lacrymis humentibus ?
 Quid demittis os triste, tam longum ingemens ?
 Perplexa quid stas fronte penitus turbida,
 Cum te secunda hac sorte maneant omnia ?
 An me cæterorum expendis ex mortalium
 Ilti modoque ? Congrua hæc sunt omnibus

735 Οἷς αὐτός τ' εἶπον, καὶ θεοπρόπων στόμα.
 Νῦν καιρὸς ἐχθρὸν γηγενῶν τίσαι δίκην.
 Τί δῆτα λοιπὸν ὡς ἐπιστένεις Τέκνῳ ;
 Θεοτό. Οὐδὲν λαοῦ τοῦδ' ἔννοουμένη πέρι
 "Ἐγωγ' ἐμαυτῆ πρὸς λόγους ἀφικόμεν,
 740 Καὶ τοῦδε θρηῶν συμφορᾶ νικωμένη,
 "Ῥωμῆά θ', ὅλον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
 Τοῦντεῦθεν αὐτοῖς, ὅς σ' ἀνήρτησαν, Τέκνον,
 Καραδοκῶ τε πάνθ', ὅπη προβήσεται.
 Λύπη δὲ κρείσσων καὶ βεβαία ἐλπίδος.
 745 Τὸν μὲν γὰρ ἡμῶν δυσμενῆ βροτοκτόνον

A Ἦρον κτενείς σὺ, καὶ καταβαλεῖς μόρον,
 θάπτον δ' ἀνίων τοὺς ἀλάστορας τίσαις
 Γυνή δὲ θῆλυ κάπι δακρυόεις ἔφου
 Ὅθεν καγὼ στένουσα, καὶ πεπληγμένη
 750 Κέντροις ἀνίας, ἢ τλάμων ὀδύρομαι.
 Εἴμ' εὐκλεῆς μὲν, ἀλλ' ἔμωσ ἀπόλλυμαι,
 Στερουμένη σῆς θεσπέσιου μοι θέας.
 Ὅς γὰρ ἀελοπον δρᾶμα προσπεσὸν τόδα
 Ψυχὴν διέφθαρκεν! οἴχομαι ροῦν· βίω
 755 Χάριν μεταίσα, κατθανεῖν χρῆζω, Τέκνον.
 Καὶ γὰρ ἔρημος, ἀπολις τ' οὔσα τρύχομαι,

735 Quæ ipse vaticinatus sum, et os prophetarum.
 Nunc tempus est ut hostis generis humani luat pœnas.

Quid igitur de cætero tanquam Filii causa luges?

Deip. Nihil de hoc populo cogitans

Ego mecum ipsa rationem inii :

740 Et hæc lugubriter profero, calamitate superata,

Flevique, videns quale exitium imminet

Exinde iis qui te, Fili, interfecerunt,

Exspectoque omnia, quo evenient.

Lucius autem spem vel firmam vincit.

745 Infestum quidem nobis homicidam

Facile occides, et mortem proteres,

Moxque redivivus hostes ulcisceris.

Tenera mulier ad lacrymas promptissima.

Inde gemens et percussa

750 Tristitiæ aculeis, misera lugeo.

Sum equidem gloriosa, sed tamen pereo,

Orbata tuo mihi venerando vultu.

Quantum enim hæc calamitas, quæ præter spem contigit,

Animum labefactavit! plane morior; vitæ

755 Posthabita luce, mortem, Fili, exopto.

Deserta enim, et extorris afflictor,

452. Sic et pædagogus vers. 1008, diverso sensu,
 Medeam alloquitur :

Τὰδ' οὐ ξυνφθὰ τοῖσιν ἐξηγγελέμενος.

Hæc non consentiant cum illis quæ nuntiavi tibi.

736 Ἐχθρὸν, etc. Ita Reg. et bene Scholiastes :
 Τουτέστι τὸν διάβολον, scilicet diabolum. Est nimirum
 istud oraculum Christi et prophetarum. Nunc tempus
 est ut diabolus hostis humani generis pœnas luat.
 Male Roill. Illa nunc venit dies, pœnas ut insons
 debitas terra satis luam hostibus.

737 Τί δῆτα λοιπὸν, etc. Filii necis causa. Male
 Roill. Tanquam ob filii culpam : quod sane fidei
 repugnat. Sic et Med. vers. 929

738 Οὐδὲν λαοῦ τοῦδ', etc. Nihil mecum de populo
 hoc cogitans verba extulsi. Ita fere Med. vers.
 872 :

Ἐγὼ δ' ἐμαυτῆ διὰ λόγον ἀφικόμεν.

Ego enim mecum ipsa rationem inii.

741 "Ῥωμῆά θ', ὅλον, etc. Sic ibid. vers. 791 et
 792 :

"Ῥωμῆα θ', ὅλον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον

Τοῦντεῦθεν ἡμῖν· τέκνα γὰρ κατακτανῶ.

Lugebo autem, quale facinus est faciendum

Deinde nobis : interficiam enim liberos meos.

745 Καραδοκῶ, etc. Sic et Med. vers. 1117 :

Καραδοκῶ τάκειθεν, ὅς προβήσεται.

Exspecto quales progressus res inde habitura sit.

747 Ἀλάστορας τίσαις. Dæmones maxime qui a
 Christo redivivo sunt contriti.

748 Γυνή δὲ θῆλυ, etc. Ita sup. vers. 357 et
 Med. vers. 928.

750 Κέντροις ἀνίας, etc. Sic et supra vers. 33C.

753 Ὅς γὰρ ἀελοπον, etc. Ita Med. vers. 225,
 227, 255, 257, 258, 716, 948 : hos enim versus,
 aut de integre transcripsit eo loci, aut æmulatus
 est auctor noster

754 Οἴχομαι ροῦν. Reg. H. II forte melius, οἴχο-
 μαί γοῦν.

METRICA VERSIO.

Propheta quondam quæ ore vero protulit,
 Quæque ipse prædixi. Illa nunc venit dies
 Pœnas ut insons debitas terra satis
 Luam hostibus. Quid ergo tanquam ob Filii
 Culpam, profundo e pectore gemitus trabis?
 Deip. Ego ista fateor, tale nihil animo agitans
 De plebe, dixi; tum meo casu excita
 In lacrymas prorupi, et id quod jam imminet
 Triste subeundum flevi, ea notans omnia
 Quæ jam hos manebunt, Nate mi, qui te in crucem
 Hanc extulerunt. Sed dolor firma mihi
 Potentior spe. Nam id quidem de te scio :
 Infesta nobis cuncta dæmonum agmina

B Facile sugabis, morte mortem destruens.
 Mox inferorum e tartaro ut caput efferes,
 Tibi perditorum hominum hoc genus pœnas dabit
 Tenera mulier ad lacrymas promptissima.
 Suspiria inde sic trahens quamplurima,
 Magni doloris icta stimulo lugeo.
 Ut pervagetur fama nominis mei,
 Orbata simul ac sum tuo aspectu mihi
 Miro sacroque, concido. Nam ex quo accidit
 Præter meam spem facinus animum exulcerans,
 Sænsim meus mihi sanguis in vita effluit :
 Nil deprecata, Nate, jam cupio mori.
 Deserta, sola, extorris agitor, nec mihi

Ὁ μῆτέρ', οὐκ ἀδελφόν, οὐδὲ συγγενῆ
 Μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς·
 Ἐν μὴ τάχιστ' ἴδω σε, πῶς οἴσω, Τέκνον.
 760 Ἄλλ', ὦ φίλ' Υἱέ, μὴ μ' ἔρημόν σου λίπης.
 Χριστ. Θάρσησον· εὐ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω περί·
 Τιν ὄν δ' ἄρα γε μᾶλλον ἐξηγοῦ Θεόν·
 Εὐρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὐρηκας τόδε.
 Θήσω γὰρ αὐ σοι δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
 765 Ἐν οὐρανῷ, γαίῃ τε, καὶ πάσῃ χτίσει.
 Πᾶλλων δ' ἔκρητι τήνδε σοι δώσω δόσιν.
 Θεοσδ. Πέποιθα, κοῦτι σοὶς ἀπιστῶ τοῖς λόγοις.
 Κάμολ τὰδ' ἔστι λῦστα, γινώσκω καλῶς·

A Ἐγὼ σ' ἔτικτον, οἶδα δ' ὡς σ' ἐγεινάμην·
 770 Ὑπερτερρεῖ δ' ἄλγημα τῶν ἐγνωσμένων.
 Ἄλλ' ἄντομαί σε, τοῦδε πρὸς σωτηρίου
 Πάθους, φέροντος ἀπάθειαν τῷ γένει,
 Μητροπρεπῶς δὲ σὺν ποδῶν ἐπάπτομαι·
 Οἰκτεῖρον, οἰκτεῖρόν με τὴν δυστήμονα·
 775 Καὶ μὴ μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσάν σου λίπης,
 Δέξαι δὲ χώρα καὶ δόμοις ἐφέστιον.
 Ἦν θάσσον οὐ βούλοιο σὴν δίκην κρῖναι·
 Οὕτως ἔρω σοι πρὸς Πατρὸς τελεσφόρος
 Σκοποῦ γένοιτο, καὶ θανόνθ' ἔκουσίως
 780 Ἴδοιμι νεκρεγέρτην ἡματι τρίτῃ.

Neque matrem, neque fratrem, neque cognatum habens,

Qui me in portum ducat hujus calamitatis ;

Et nisi te brevi videro, quomodo feram, Fili ?

760 Verum, o Fili dilecte, ne me orbam deseras.

Christ. Confide nunc ; ego enim bene curabo hæc ;

Tuum enim potius consistere Deum :

Lucrum autem nescis quantum inveneris hic.

Tribuam enim tibi dona, quibus nihil præstantius

765 In cælo, in terra et in omnibus rebus creatis.

Hoc autem munus tibi dabo plurimorum gratia.

1252-1253 Deip. Confido, neque tuis verbis fidem denego.

Et mihi hæc sunt optima, cognosco bene :

Genui te, et quomodo te genuerim, novi ;

770 At dolor exsuperat quæ comperta habeo.

Verum supplico te per hancce salutarem

Passionem, quæ meo generi passionis liberationem præstat,

Et quatenus matrem decet, tuis advolvor pedibus :

Miserere, miserere mei infelicis ;

775 Neque desertam et inopem tui me deseras,

Sed recipe me hospitam in tuam regionem et domum,

Nisi tuam citius causam judicare volueris :

Votum hoc, præstante Patre, tibi cedat

Ex animo, et te ultro morientem

780 Conspecturam tertia die ex mortuis redivivum.

758 Μεθορμίσασθαι. Med. vers. 258, ὡς μεθορμίσασθαι, etc.

761 Θάρσησον. Ita Jaso Medeam hortatur, vers. 326 :

Θάρσει νῦν· εὐ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω περί.

Confide nunc ; ego enim bene curabo hæc.

763 Εὐρημα δ' οὐκ οἶσθ'. Sic et ibid., vers. 716 Medea Ægeum alloquitur :

Εὐρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὐρηκας τόδε .

Lucrum autem non scis quantum inveneris hic.

764 Θήσω γὰρ αὐ, etc. Sic et ibid. Med. vers 347 :

Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται.

Nam mittam ei dona quæ pulchritudine superant res.

766 Πολλῶν δ' ἔκρητι, etc. Ibid. Ægeus Medæe pollicetur : Propter multa tibi hanc gratiam dare paratus sum.

768 Κάμολ τὰδ' ἔστι λῦστα. Sic et Med. vers. 935. Ægeus respondet.

771 Ἄλλ' ἄντομαι. Ita Reg., petitque metrum : Edit. ἀλλ' αἰτοῦμαι. Sic et fere Medea rogat Ægeum vers. 709 et seqq. :

Ἄλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος,
 Γονάτων τε τῶν σῶν· ἰκεσία δὲ γίγνομαι.

Οἰκτεῖρον, οἰκτεῖρόν με τὴν δυσδαίμονα,

Καὶ μὴ μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσάν εἰσόδης·

Δέξαι δὲ χώρα καὶ δόμοις ἐφέστιον.

Sed rogo te supplex per genas has

Et tua genua ; supplex jam tibi fio.

Miserere, miserere mei infelicis,

Neque me desertam ac ejectam aspicias ;

Sed recipe me hospitem in tuam regionem et domum.

778 Οὕτως ἔρω, etc. Sic et fere Medea vers. 714 .

Οὕτως ἔρω σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος, etc.

Sic tibi amor a diis secundus, etc.

METRICA VERSIO.

Cognatus ullus, frater hic est aut parens,
 Ad quæm in procella ut portum ad aliquem me ap-
 [plicem :

Quod si videndum te mihi diu neges,

Quæ mente tandem perpeti id, Fili, quæam ?

Orbam, o Nate mi, quæso, ne me deseras.

Christus. Esto bono animo, nam probe hæc cu-
 [ravero.

Quia tu stude id potius tuum ut semper Deum

Testere, voce qua decet eum prædicans.

Ignara certe es nacta quid tibi sis novi.

Sed dona rursus terra quæ prima et potius

Et quidquid usquam possidet natum iugeram :

Iis te beabo plurimorum gratia.

B Deip. Credo, tuisque maximam dictis fidem

Habeo, probe jam edocta quam usui.

Obtestor unum hoc te tamen, per hanc tuam

Omnem fugantem filii terræ anxii

Metum doloris, et mali duram crucem,

Per hos tuos sacros pedes quos osculor

Materno amore, te misereat nunc mei.

Misereat, inquam, neve desertam omnibus

Miseram me et inopem tu vicissim desere.

Ascribe me tu jam tuæ domesticam

Regioni et ædibus ocuis : quod si haud lubet

Præstare quod tu sanxeris, te per Patrem

Id quæso, detur quod scopum attingat : diis

Te tertio videram resurgentem, et vede

Ἦς αὐτὸς εἶπας πολλάκις πρὸς τοὺς φίλους·
 Τὸ πᾶν γὰρ οὕτως ἀσφαλέστερόν τ' ἐμοί,
 Σὺ τ' αὐτὸς ὡν ἄλιος ἄλιος Πατρός.
 Γνωσθεὶς, ἀνυμνησθῆς γε πάση τῇ κτίσει.
 785 Μὴ γοῦν διάξω λυπρὸν ἐς μακρὸν βίον
 Ὅχλος δ' ἀλαστόρων γε τίσει τὴν δίκην,
 Τὸν Δεσπότην κτείνεις γε γῆς τε καὶ πόλου.
 Οὕτοι γὰρ, ὡς ἔδρασαν, εὐρωσι κακὰ,
 Ἄ τοῖσι δυσσεβοῦσι γίνεται βροτοῖς.
 790 Ἄλλ' οὐ γὰρ αὐτῶν φροντιδ' ὡς τέκνων ἔχω,
 Μὴ πως πάθωσιν οἱ προσήκοντες σφίσι,
 Πατρῶν ἐκφράσσοντες ἀσεβῆ φόνον.

Sic et tu ipse tuis dilectis prædixisti;
 Sic enim omnia mihi erunt tutiora.
 Et te ipsum beatum beati Patris Filium
 Agnitum, omnis creatura hymnis prosequetur.
 785 Non igitur diu vitam in mœrore protraham;
 Sed pœnas exsolvet scelestorum turba,
 Quæ terræ cœlique Dominum interfecit.
 Hi enim, ut perpetrarunt, experientur mala,
 Quæ mortales sacrilegos manent.
 790 Illorum enim, ut filiorum, curam habeo,
 Ne aliquid patiantur eorum cognati (posterii),
 Qui impiam patrum cædem nuntient.
 Sed tu, viscera dilecta, suavissima lux,
 Reprime, seda, nece exime,
 795 Quidquid prædilecti seminis reliquum est.
Christ. Probo hæc, mulier, neque illa improbo.
 Propter multos, tibi hanc gratiam dare
 Paratus sum, o mulier, nec voto frustraberis,
 Te enim prorsus adjuvabo circa hunc scopum,
 800 Ipsa quoque damna in contrarium versa noveris,
 1254-1255 Hacce tristitia libera
Deip. Heu! mentem tuam piam et bonam!
 O Fili, in quam calamitatem incidisti!
 Sed generosus animus ille tuus manet integer.

788 *Εὐρωσι.* Reg. M. sup. lin. *εὐρωσαν.*
 790 *Ἄλλ' οὐ γὰρ,* etc. Particula negativa οὐ hic
 otiosa et ad ornatum duntaxat posita, quod apud
 Græcos non est infrequens. *Combesius,* qui addit:
 « Crederem vero libentius auctorem nostrum, in
 hacce tragedia passim Euripidis plagiarium, non
 satis animadvertisse hæc a Medea sensu diverso pro-
 lata fuisse. » Vide *Med.* vers. 1301, 1304, 1305, etc.
 Male Roill. Mariam mala omnia, Mænadis furore
 imprecantem traducit, quæ e contra tenerrimis
 visceribus veniam mox ita deprecatur: *Tu ergo, sua-
 vissima lux, reprime, seda, nece exime, quidquid præ-
 dilecti seminis reliquum est.* Ita fere *Med.* vers. 1258.
 — Sic Benedictini. Mihi autem melior sensus videre-
 tur, vim particulæ negativæ reservando, ita ut sic ver-
 tatur: *Horum quidem ut filiorum curam non habeo,
 sed curo ne aliquid patiantur eorum posterii, qui im-
 piam patrum cædem nuntient, nempe eam impro-
 bando.* CAILLAU.

Mortem triumphali prementem, olim ut tuis
 Dixisti amicis sæpius: ita tuitor
 Mihi videbor, tuque gloriosior
 Factus, beati Filii felix Patris
 Tandem approbatus, omnium laudaberis
 Et voce, et ore, cura sancta posteris.
 Ne tristis ergo pensa vitæ longius
 Ego protraham. At crudelium manus hominum
 Cruenta, Dominum quæ poli et terræ neci
 Demisit, ex merito suo mala sentiat
 Olim illa, justa lance quæ impios manent.
 Nam non ego illos ut satos mihi liberos
 Materno amore curo, ne clades preinat
 Qui posterii horum sunt futuri, qui impiam

A Ἄλλ' αὐτὸς, ὦ σπλάγχνον φίλον, γλυκὴ φάος,
 Κάτειργε, κατάπαυσσον, ἔξειργε φόνου
 795 Ἐγκατάλειμμα σπέρματος περιλιμένου.
 Χριστ. Αἰνῶ, γύναι, τὰδ', οὐκ ἐκείνα μέφομαι
 Πολλῶν δ' ἔκπτε τήνδε σοὶ δοῦναι χάριν
 Ἐγὼ πρόθυμὸς εἰμι, κοῦκ ἂν ἐκπέσης.
 Συλλήψομαι γὰρ τοῦδ' εἰ πάμπαν σκοποῦ,
 800 Αὐτὴ τε γνοίης ζημίας ἀντιστροφῆν,
 Ἄπαλλαγείσα τῆσδε τῆς ἀθυμίας.
 Θεοτό. Ὁμοί, φρενὸς σῆς εὐγενοῦς τε κάγαθῆς!
 Ὡ Τέκνον, οἷα συμφορὰ συνεζύγης!
 Τὸ δ' εὐγενές σου τῶν φρενῶν σῶον μένει.

796 *Αἰνῶ, γύναι,* etc. Ita Jaso Medæe respondet
 vers. 908.
 800 *Αὐτὴ τε γνοίης,* etc. Sic Reg. H. II. Male
 editi αὐτόν τε. Sic et Medeam nuntius alloquitur
 vers. 1223.
 802 Ὁμοί, φρενός, etc. Sic *Hippol.* vers. 1454,
 Theseus filium suum admiratur:

Ὁμοί, φρενός σῆς εὐσεβοῦς τε κάγαθῆς!
 Heu, mentem tuam piam et bonam!

803 Ὡ Τέκνον, etc. Ibid. vers. 1389 et 1390 hanc
 alloquitur Diana:

Ὡ τλήμον, οἷα συμφορὰ συνεζύγης!
 Τὸδ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν διώλεσεν.

O infelix, in quam calamitatem incidisti!
 Generosus animus ille tuus te perdidit.

METRICA VERSIO.

B Cædem suorum nuntient patrum, et scelus.
 Sed ipse, o animæ pars meæ longe optima,
 Effice fruantur luce ne læta ætheris
 Purum micantis, nec patere quid reliquum
 Seminis amati a cæde tranquillum trahi.
 Chr. Admitto, mulier, hæc, nec illa etiam improbo.
 Et gratiam istam ut largiar tibi promptius,
 Quæ vana non sit, plurimæ causæ movent:
 Hunc ad scopum me dirigens prorsus, tibi
 Nusquam abero, damni videris me vindicem
 Illati, ab omni libera et cura et metu.
 Deip. Παρὰ ἐνκλυτὰν mentem tuam, altam, nobilem!
 O Νάε, quam te nunc gravis dolor premit!
 Invicta mentis sed manet constantia.

805 Ὅσῃν ἀεὶ μοι τῆν τρομήθειαν φέρεις!

Ταῦτ' ἐννοθεῖσ', ἡσθόμεν ἄβουλιαν
Πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην λυπομένην,
Μάτην θ' ἑαυτῆ πρὸς λόγους ἀφικόμεν.
Ἦμι. Ἄ, ἄ! πολυστόνων αἶον λαχὼν γῶν,
810 Φωνὴν ἔκλυον, ἔκλυον βοᾶς στόνων.
Θεοκλυτεῖ τις δ' ὡς κακὸν βέζας μέγα,
Θεοκλυτεῖ δ' ὡς ἄρα δεσινά τις παθῶν·
Καὶ μὴν ὁ κλεινὸς ἀπὸ δὴ σταίχει Πέτρος
Ἐκθρωπὸς, οἰκτρὸς, καὶ κατανευγμένος.
815 Θεοτό. Τί, Πέτρε, θρηνηεῖς; δεῖν' ἐπραξας, ἀλλ' ὅμως
Ἐτ' ἔστι καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Ἄ Τέκνον, ὦ φιλτατον, ὦ Θεοῦ Λόγε,

Α Σύγγνωθ', ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἀνθρώπων, Τέκνον·

Καὶ Πέτρος ἐξήμαρτε τοὺς ὄχλους τρέσας.
820 Χρισ. Στείχουσα νῦν ἀπὸ, μῆτερ Παρθένε·
Λύω δὲ Πέτρῳ σφάλμα, χρηζούσης σέθεν.
Καὶ γὰρ πάροιθεν σοὺς ἐπειθόμεν λόγους,
Σῆς εὐσεβείας κάγαθῆς φρενὸς χάριν.
Καὶ μοι τὸ μὲν σὸν ἐκποδῶν ἔστω λόγος·
825 Ἐλκει δὲ καὶ δάκρυα πολλὴν μου χάριν,
Καὶ πάντα λύει δεσμὸν ἀμπλακημάτων.
Σοὶ τ' αὐτὸν παραινῶ μηδένα βροτῶν στυγεῖν,
Μηδ' οἱ μ' ἀπῆρώρησαν ἀνόμως, ξύλω.
Θεοτό. Ὡμοι, φρενὸς σῆς εὐαγεστάτης ἀεὶ!
830 Ὡς οὐδὲ πάσχων δυσμεναίνεις τῷ γένει,

805 Quantam mihi semper curam impendis!
Hæc animo cogitans, agnovi imprudentiam
Magnam me habere, et frustra contristatam fuisse,
Frustraque his sermonibus me sum allocuta.
Semi. Ah, ah! lamentabilium audivi sonum gemituum,
810 Vocem audivi, audivi clamorem ingementium.
Deum invocat quis, quasi grande scelus admisisset
Deum implorat, ut qui gravia passus fuerit.
Et insignis quidem Petrus abhinc prosiliit,
Vultum tristem gereus, flebilis, contritus.
815 Deip. Quid fies, Petre? atrociam fecisti, sed tamen
Aduc potes horum veniam consequi.
O Fili, o dilectissime, o Dei Verbum,
Ignosce, Fili; consentaneum est homines errare:
Et Petrus deliquit turbam metuens.
820 Christ. Abi nunc, recede, Virgo parens;
Te rogante, suum Petro delictum remitto,
Nam et ante tuis obtemperavi verbis,
Propter tuam pietatem, bonamque mentem.
Et quatenus ad te pertinet, nulla sint amplius verba:
825 Lacrymæ autem plurimam ex me gratiam obtinent,
Et omne peccatorum solvunt vinculum.
Teque admoneo, nec ullum hominem extimescas,
Nequidem eos qui me inique ligno suspenderunt.
Deip. Hei mihi! quam tua mens semper sanctissima!
830 Ut etiam patiens, non es infenso erga homines animo,

806 Ταῦτ' ἐννοθεῖσ', etc. Sic Medea vers. 382, etc., se ipsam redarguit:

Ταῦτ' ἐννοθεῖσ', ἡσθόμεν ἄβουλιαν
Πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην θυμούμεν.

His animo agitatis, agnovi imprudentiam
Magnam me habere, et frustra iratam fuisse.

815 Δεῖν' ἐπραξας, etc. Sic Hippol. vers. 1325, etc. Diana Theseum, ob crudele filii sui fatum sibi diras imprecantem, affatur.

818 Σύγγνωθ', etc. Ita fere vers. 615 Phædræ matris Hippolytum iratum demulcere conatur.

821 Λύω δέ, etc. Sic Hippol. Dianæ consillis obtemperans vers. 1444 et 1445:

Λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρηζούσης σέθεν
Καὶ γὰρ πάροιθε σοὺς ἐπειθόμεν λόγους.

Rixas vero cum patre susceptas dimitto, sic te ro-
[lente]:
Nam et ante semper tuis obtemperavi verbis.

824 Ἐστω λόγος. Reg. et Eurip. in Med. vers. 1222, unde hic versus desumptus est in sensum diversum, ἔστω λόγου, quasi, desine rogare, quippe cujus exaudita est oratio.

METRICA VERSIO.

Ut tu usque profers quæ mihi ad prudentiam
Faciunt magis! quæ propius expendens scio
A 1670 Ἄναιρέταις γὰρ πᾶσιν ἀντιῶ παγγενῆ

Λιπεῖν πόλιν τήνδ', ἀνοσίου μιάσματος

Δίκας τίνοντας τοῦδ', ὃν ἔκτειναν φθόνῳ,

Καὶ μηκέτ' ἰδεῖν πατρίδ'. Οὐ γὰρ εὐσεβῆς,

Μένειν φονευτὰς ἐν τάφοις νεκρουμένων.

1675 Πόλεις δὲ πολλὰς εἰσαφίκωνται, ζυγὸν

Δούλειον ἀνέλκοντες οἱ θυσαδαίμονες,

Αἰμαῖς ἀλωτοί, χρησμὸς ὡς λέγει Θεοῦ,

Πάντη διασπαρέντες, οὐ νόστον δ' ἔτι

Οἱ τάλανες σχήσουσιν, οὐδ' ἐπάνοδον,

1680 Ἄφ' οὐ τὰδ' ἐκπέρσει γ' ἀναριθμῷ στρατῷ,

Ἠγούμενος λόγχοισιν Αὐσόνων δραμῶν.

Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγῶς, ἔφη

Tacitamque in caelo gloriam obtinisset :

Hæ sunt causæ ipsius ortus et mortis.

Suminatim vero hominum salutem tibi dicam.

1660 Etenim morti traditus, a quibus minime debuisset,

Et in vincula conjectus est, ac verba subsannationum audiit.

Hæc populus antea dilectus,

Invidia excæcatus, benefactori rependit :

Et hæc quidem non invitus toleravit.

1665 Quæ autem mala populum pati oportet, non celabo.

Urbem relinquet, Barbaris cedens, invitus,

Servus, alio extorris. Id enim divinitus est decretum,

Eos in omnem Barbarorum terram prope abituros,

Armis subactos, pluraque perpressos mala.

1304-1305 1670 Omnes qui sustulerunt, istud manet, ut plebs universa

Urbem deserat, et hujus infandi sceleris causa

Pœnas ei luat, quem per invidiam occidit,

Nec ultra patriam videat : nefas enim est

Homicidas in tumultis eorum, quos occiderunt, permanere.

1675 Multas in urbes deducentur, jugum

Servile protrahentes, miseri,

Armis subacti, ut cecinit oraculum Dei,

Ubique dispersi, neque amplius erit

Infelicibus spes in patriam redeundi,

1680 Ex quo cum exercitu innumerabili irruet

Advolans Romanarum cohortium imperator.

Non patre mortali natus, sed a Deo genitus, hæc egit,

1667 Ἔστι γὰρ τὸ θέσφατον. Ita fere Bacch.

v. 1352, etc., Cadmus exsilium suum lugens, Agaven

quæ Pentheum filium suum necaverat, alloquitur :

... Ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον

Εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μὲγάδα βάρβαρον στρατόν.

... Et adhuc mihi hoc est fatale

In Græciam ducere mistum barbaricum exercitum.

1678 Οὐ νόστον, etc. Sic Bacch. vers. 1335,

Bacchus :

... Νόστον δόλιον πάλι

Σχῆσουσι.

... Reditum infelicem retro

Habebunt.

1680 Ἐκπέρσει γ' ἀναριθμῷ στρατῷ. Ibid. vers.

1335, Bacchus Cadmo prædicit fore ut multas urbes

sit eversurus :

Πολλὰς δὲ πέρσεις ἀναριθμῷ στρατῷ

Πόλεις.

Multas autem evertes cum maximis copiis

Urbes.

1681 Δραμῶν. Duo Regg. δράκων. Reg. Med. sup.

lin. imperator Romanorum, draco. Sic Bacch. vers.

1357 : ἠγούμενος λόγχοισιν, dux exercitus.

1682 Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ, etc. Ita fere ibid. vers.

1338 Bacchus de seipso loquitur :

Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγῶς λέγω.

Hæc non mortali patre natus dico.

METRICA VERSIO.

Ipse esset. Causa nascentis fuit

Hæc, et cadentis : utque summam efferam,

Prima et suprema generis humani salus.

Conjectus ille in verba subsannantium,

Et vincula, ab illis a quibus non debuit

Mactatus idem : populus huic charus prius

Livore motus hæc bene merenti dedit.

Læbens quidem ista passus ille, sed pati

Quæ contra oporteat mala populum, nihil

Celabo : cedens is coactus Barbaris

Urbem relinquet, servus, extorris : ratum

Hoc fata statuunt ; multa post mala profugi,

Armis subacti, deferentur exteros

In Barbarorum limites. Istud manet

B Omnes patræ cædis auctores, sua

Ut urbe pulsi generis omnis incolis

Pulchre referta, sceleris infandi et viri

Cæsi per invidiam graves pœnas luant.

Omnis videndæ spes adempta patriæ

Quando in sepulcris qui ceciderint omnium,

Eos manere qui peremerunt nefas.

Multas in urbes pertrahentur, et jugum

Servile miseri perferent, manu hostium

Capti, huc et illuc divagantes, ut Dei

Vox certa cecinit : nulla jam spes amplius

Futura reditus aut regressus, Ausonum

Dux ex quo in illo agmine infesto irruens

Magnoque, deprædabitur eos insolens.

Non patre natus ista mortali edidit,

Εἰπὼν τις, ἐκ Θεοῦ δὲ, καθὼς ἄρ' ὄδε
 Ἦ νῦν νέκυς εἴρηκε πάντ' ἐν δυνάμει,
 1685 Οὐδέν τι μαθὼν τῶν θεοπρόπων ἄπο,
 Αὐτῆς δὲ μᾶλλον πάντα διδάξας πάρος.
 Οὗτος δ' ἂ μέλλει πῆματ' ἐκπλήσειν, φράσω,
 Ἄπεμπολητῆς αἰσχρὸς ἐξ ὀπαύων.
 Αὐτὸς μὲν εἶπε, ὡς μανεὶς ἀλγους ὕπο,
 1690 Βρόχοις κρεμαστοῖς ὑπερβαλεῖ τὴν δέρην,
 Πισῶν δ' ἔπειτα διγαλακῆσει τάλας,
 Ἦδοι τε δεινὸν ἡμᾶρ· οὐδὲ παύσεται
 Κακῶν ὁ τλήμων, οὐδὲ, τὸν καταβάτην
 Ἄδην διαβάς, ἤσυχος γενήσεται,

A 1695 Στένων ἀλγικτα, καὶ βοῶν σφοδροῖς πόνοις,
 Καὶ νᾶμα πυρὸς τόνδε ὑποδέξεται.
 Ἰωσ. Ἦ φίλος, ὡς εἰς δεινὰ φῆς ἰλθεῖν κακῶ,
 Πάντα, καὶ μ' αὐτὸν, συγγόνους τ' ἄρδην ἐμούς!
 Κάγῳ δ' ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι;
 1700 Ἦ ποῖ τράπωμαι, πατρίδος πορθουμένης;
 Ἦ πάμμεγ' ἐμπνέουσα βαρβάρους ποτὲ
 Πόλις, τὸ κλεινὸν οὐνομ' ἀφαιρή τάχα.
 Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρίδα πόλις·
 Λίπω, λίπω σε, δυστυχῶς δούλος γεγώς,
 1705 Αἰχμαῖς ἄλωτός· βαρβάρων δ' ἴδω πέδον,
 Εἰ μὴ γέροντ' ὄντα με προφθάσει πότμος,

Dixit aliquis, quemadmodum et ipse
 Nunc mortuus, omnia prædixit in virtute,
 1685 Nihil a prophetis eductus,
 Cum ipse potius ante cuncta docuerit.
 Quod autem supplicium debeat subire
 Infamis ille discipulus venditor, eloquar.
 Ipse prædixit, ut dolore insaniens,
 1690 Laqueo pensili cervicem sibi frangeret,
 Et deinde lapsus miser medius creparet,
 Luctuosamque diem videret : neque quiesceret
 A malis infelix, neque cum declivem
 Infernum penetraverit, quietus erit,
 1695 Absque intermissione suspirans, et propter vividos dolores exclamans,
 Et igneus fluvius hunc excipiet.

Joseph. O amice, in quot et gravissima deventuros esse ais

Omnes, et me ipsum, omninoque meos affines!

Et ego infelix ad barbaros ibo?

1700 Quo enim me vertam, patria eversa?

O urbs altiores spiritus gerens erga barbaros,

Brevi tuo insigni nomine spoliaberis.

1306-1307 Vale, o domus, vale, o patria civitas;

Desero, desero te, infeliciter servus factus,

1705 Vi captus; barbarorum autem videbo solum,

Nisi me senio confectum mors præveniat,

1684 Ἐν δυνάμει, etc. In virtute, id est, penes
 quem potestas implendi, quæ prædixit.

1692 Οὐδὲ παύσεται, etc. Ita fere Bacch. vers.

1357, etc., Cadmus habet:

... Οὐδὲ παύσομαι

Κακῶν ὁ τλήμων. Οὐδὲ τὸν καταβάτην

Ἀχέροντα πλεύσας, ἤσυχος γενήσομαι.

... Nec liberabor

A malis infelix, nec ad infernum

Acheronta navigans, quietus ero.

1694 Καταβάτην. Ad quem facilis via.

1696 Καὶ νᾶμα, etc. Ita supra vers. 235 et alibi.

1697 Ἦ φίλος, ὡς εἰς δεινὰ, etc. Sic Bacch. vers.

1349, Cadmus suam filiam alloquitur, sortem utriusque lugens:

Ἦ τέκνον, ὡς εἰς δεινὸν ἤλθομεν κακῶν,

Σὺ θ' ἢ τάλαινα, σύγγονοί τε σαί φίλοι.

Ἐγὼ θ' ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι.

O filia, ut venimus in triste malum.

Tuque misera, sororesque tuæ charæ.

Ei ego infelix ad barbaros ibo.

1700 Ἦ ποῖ τράπωμαι, etc. Sic ibid. vers. 1358,
 filia Cadmi:

Ποῖ γὰρ τράπωμαι, πατρίδος ἐκδεδημένη;

Quo enim me vertam ejecta ex patria?

1703 Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, etc. Sic Bacch. vers.

1363, etc., eadem Cadmi filia:

Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρίδα

Πόλις· ἐκλείπω σ' ἐπὶ δυστυχίᾳ.

Vale, o domus, vale, o patria

Civitas; desero te propter infortunium meum.

METRICA VERSIO.

At ex Deo ipso natus, ipse idem Deus
 Qui mortuus prædixit omnia edocens
 Longè ante vates, non ab ipsius vatibus
 Eductus. At quam turpis iste venditor
 Stipator unus perferet cladem, id quoque
 Dicam : futurum ut e dolore insaniens
 Is fune collum pendulo et stricto implicet :
 Tum deinde lapsus medius infelix crepet,
 Diemque videat luctuosam : non miser
 Quiescet unquam, viscera effractus, locum
 Ingressus atra nocte nigramem, inferum,
 Semper agitatus, ingeniens semper graves
 Propter dolores, triste clamabit, vorax

B Quem flamma rapidis carpet æternum ignibus.

Joseph. Quam gravia, amice, nos manent omnes
 [mala,

Meque adeo, ut ipse dicis, atque omnes meos!

Etiam subito barbaras gentes miser.

Quod jam redacta patria in prædam hostium

Iter capessam? o urbs gerens in barbaros

Olim haud subactum pectus, antiquo excides

Iloque magno, quod parasti, nomine.

Vale, o palatium, vale, o urbs patria,

Jam te relinquam turpiter servi jugum

Subiens, relinquam victus armis; barbarum

Solum videbo, nisi senem prævenierit

Ὦν εἶθ' ἴδοιμι πατρίδος μένων πέδῳ.
 Σὺν ἧκα γάρ, θέσφατον ὡς οὕτως ἔχει.
 θεολ. Τὸ μὲν σὺν εὐδόκιμον, εὐπεδὸς γέρον·
 1710 Ὅ δ' ἔγγενής σοι λαὸς ἐκτίσει δίκην,
 ἢς ἄξιαν μὲν λαν, ἀλγεινὴν δ' ὄμωκ.
 Αὐτὸς δ' ἑαυτὸν αἰτιάσθω τῆς δίκης.
 Οὐ γάρ τι λέξει πρὸς πρόφασιν, ὡς τάχα
 οὐκ ἦλθεν, οὐκ ἤμυνεν, οὐδ' ἐπεστράφη,
 1715 Εὐεργετῶν πάλαι τε καὶ νῦν εὐτρόπως.
 Τίνας γάρ οὐκ ἔστειλε κήρυκας πάλαι;
 Ὄων δὲ δῶρων οὐκ ἐπλησέ νιν ζέωνος,
 Ὦν ἐξαγαγῶν τῆς πικρᾶς τυραννίδος,

A Ἐθνῶν ἀνακτ' εἶθεκε πανσθενῶς μέγαν,
 1720 Ὅτ' ἀμφὶ Βασάν, τὴν τ' Ἀμορραίων χθόνα,
 Ἐθνῶν ἀρίστοις ἐμπειῶν κατὰ στόμα,
 Ἐρρήξῃς πέλτην, τῷ δὲ δουλώσας στρατὸν
 Παρέσχεν, ὧν περ λακτίσας πολλὴν χάριν.
 Προῦδωκεν αὐτὸν εἰς φόνον μαιφόνους·
 1725 Ὅς ὕστερον μὲν ἦλθεν, εἰς καιρὸν δ' ὄμωκ·
 Θεοπρόποι γάρ, καὶ νόμος πολλοῖς χρόνοις
 Ἰδρῶντες, αἰχμαζόντες οὐχ εὔρον πέρας.
 Χριστῷ δὲ φῶς ἐν ἧλθου καταρξέσει
 Ἄδου δόμους πέρασαντι, θ' ἡμέρα πάλιν
 1730 Πρὸς γαίαν ἐλθεῖν, συντεμόντ' ἄλγη βροτῶν.

Quam utinam videam, in patriæ solo residens !
 Intellexi enim hæc a Deo esse prænuntiata.
 Theol. Quæ tua sunt, pie senex, laudem merentur ;
 1710 Verum iste populus, qui tibi cognatus est, pœnas luet,
 Quas sane bene meritus est, sed tamen gravissimas.
 Verum ipse suam sibi calamitatem attribuat.
 Non enim dicet ad sui excusationem, quod forte
 Non venerit, nec opem tulerit, nec curaverit,
 1715 Olim et nunc summa benignitate benefaciens.
 Quosnam enim præcones olim jam non præmiserit ?
 Qualibus donis stupendis eum non cumulaverit,
 Quem ex acerba servitute eductum,
 Populorum regem potentissimum posuit,
 1720 Cum in Basan et Amorrhæorum terra
 In fortissimas gentium irruens in prima acie,
 Confregit peltam, et illi subactum exercitum
 Præstitit, quorum magnam gratiam calcibus repellens,
 Carnificibus ipsam ad cædem tradidit.
 1725 Ipse quidem sero venit, tamen adhuc satis tempestive :
 Prophetæ enim et lex, diuturnis temporibus
 Sudantes, et dimicantes exitum non invenerunt.
 Sed unica dies satis erit Christo,
 Ut inferni domos evertat, et altera rursus
 1730 Ad terram redeant, sine laboribus hominum imposito.

1713 Οὐ γάρ τι λέξει, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 399,
 huic improbat Hector :

Ὦ γὰρ τι λέξεις, ὡς ἀκλήτος ὦν φίλοις,
 οὐκ ἦλθες, οὐδ' ἤμυνας, οὐδ' ἐπεστράφης.
 Τίς γάρ σε κήρυξ, etc.
 Non enim dices, quod non vocatus ab amicis,
 Non veneris, neque opem tuleris, neque curaveris nos.
 Quis enim præco, etc.
 1717 Ὄων δὲ δῶρων, etc. Ibid. vers. 403, Hector
 eundem objurgat :

Ὄων δὲ δῶρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν ;
 Καίτις σε μικρᾶς ἐκ τυραννίδος, μέγαν
 Ἑρρηκῶν ἀνακτα τῆ δ' εἶθεκ' ἐγὼ χειρὶ.
 Quorum vero donorum ornatum non misimus tibi ?
 Aique te ex parvo imperio, magnum
 Thracum regem feci ego hac dextera.
 1720 Ὅτ' ἀμφὶ Βασάν, etc. Ita fere ibid. vers.
 408. etc.

1722 Πέλτην. Genus est scuti, quod pro gentis

cujusdam nomine accipiens interpres vertit : *Basan,*
 et *Amorrhæus, et pelta.*

1725 Ὅς ὕστερον μὲν ἦλθεν, etc. Sic vers. 443,
 Rhesus removet a se culpam sibi ab Hectore im-
 putatam :

Ἄλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὄμωκ.
 Sero quidem veni, tamen adhuc satis tempestive.
 1729 θ' ἡμέρα. Forte melius θ' ἡτέρα, ut videre
 est apud Euripidem, ex quo ista mutuatus est auctor
 noster. Sic enim ait Rhesus vers. 447, etc. :

Ἐμοὶ δὲ φῶς ἐν ἧλθου καταρξέσει,
 Πέρασάντι πύργους, ναυστάθμοις ἐπεισπεσεῖν,
 Κτεῖναι τ' Ἀχαιοὺς, θ' ἡτέρα τ' ἀπ' Ἰλίου,
 Πρὸς οἶκον εἰμι, συντεμών τούς σοὺς πόνους·
 Mihi vero lux unica solis sufficiet,
 Expugnanti Græcorum turres, ad irrumpendum in
 [eorum navalia,
 Et ad cœdendos Achivos; altera vero die ab Illo
 Domum redibo, brevi finitis tuis laboribus.

METRICA VERSIO.

Me mors, quam, o utinam, olim mea videam manens B
 In patria potius ! Id ex oraculo
 Denuntiari sic futurum intelligo.
 Theol. Tua quidem, o mi senex, voluntas optima.
 At iste populus, qui tibi cognatus est,
 Pœnas luet, se non quidem indignas, tamen
 Pœnas doloris. Quidquid at mali luet,
 Non hujus ipse se sibi negaverit
 Caput esse primum, nec aliquid causæ asseret,
 Quod forte non venerit, opem negaverit,
 Nusquam se ad ipsos liberalis flexerit
 Olim merendo, nunc quoque benignissime :
 Quis non ad illos missus est præco prius ?
 Quo non adauxit ille munere populum ?
 Quem eductum acerba gentium e tyrannide

Regem potentem fecit et magnum, manum
 Cum gente forti conserentem, quo loco
 Basan est, et Amorrhæus, et pelta, adjuvans
 Perfregit hostem et servituti subdidit :
 Hæc ille tanta contulit, quorum immemor
 Calcans inauditam pede suo gratiam,
 Illum cruentis posuit in cædem viris,
 Qui postea venit tamen ut oportuit :
 Namque et prophetæ, et lex gravi ut certamine
 Longaque pugna dimicantes, nec modum
 Fineinve repererint, tamen lux unica
 Solis satis erit Christo ut inferni redibus
 Penitus revulsis, et sua e sede erutis,
 Terras revisat, et hominum mortalium
 Omnem dolorem perimat. Horum gratia,

Τῶν γὰρ ἔκρητι, πτωχικὴν λαβὼν στολὴν,
 Εἰσεῖσιν ἄδην, πολλὰ δ' ἔκειθεν σκύλα
 Ἄρας, φανεῖται νερτέρων ἐπίσκοπος,
 Κτανὼν τε φρουροῦς, καὶ παραστάτας πύλων,
 1735 Ἐκαῖθαν ἔλθοι, πᾶσι τε γνωσθήσεται
 Ἄρωγός, αὐτόρριζος ὧν εὐεργέτης,
 Ὅν ἐγγενὴς ἔκτεινε λαὸς ἐν φθόνῳ.
 Οἱ δ' οὐδὲν αὐτῷ συγγενεῖς πεφυκότες,
 Καθθέντες αὐτοῦ, τοὶ μὲν ἐν χωστοῖς τάφοις,
 1740 Οἱ δ' ἐν τ' ἔρει τε καὶ σπέει, καὶ γῆς βάθει
 Ψυχρὸν ἄημα, δίδιδόν τε πῦρ θεοῦ
 Μανοῦσι, καρτεροῦντες οὐκ ἐν δεινλοῖς,
 Οὐδ' ἐν χιτῶσι τρυφεροῖς ἐγκαίμενοι,

A Οὐδ' ἐν ζαχρῦσοις δώμασι κοιμώμενοι·
 1745 Τοὶ δ' ἐν μαχαίραις καὶ σπάθῃ τε καὶ ξίφεϊ
 Πίπτοντες, ἐμφανοῦσι πίστιν ἀσφαλῆ,
 Οὐχ ἦν ὁ πράτης, καὶ σφαγεῖς εὐεργέτου,
 Οὐς ἐκτίσαι δικάσιον ἔστι τὴν δίκην.
 Σὲ δ' ἐξαναστάς εὐεργῶς ἐκρύπεται,
 1750 Ὅν εὐπρεπῶς τέθεικας ἐν καινῷ τάφῳ,
 Καὶ μακάρων ἐς αἶαν ἐγκαθιδρύσει,
 Σάλπιγγος ἤχη νεκρέγερτον δεικνύων.
 Δεῖ γὰρ σε τὴν φονῶσαν ἐκλιπεῖν πόλιν,
 Καὶ πρᾶτων οἰκῆν σε δάπεδον, μάκαρ,
 1755 Θεὸν φανέντα, θηγέτον ἀμείψαντά σε
 Πάχος, βρότειον τ' ἀποβαλόντα φθοράν,

Horum enim gratia, pauperem sumens vestem,
 Infernum subit, et multa exinde spolia
 Tollens, inferni apparebit explorator,
 Occisique custodibus, et portarum excubitoribus,
 1735 Inde redibit, omnibusque notus erit
 Ultor, a se suoque munere beneficiis largus,
 1308-1309 Quem populus sibi affinis ob invidiam mactavit.
 Ex iis vero qui, ipsi nulla affinitate conjuncti,
 Ei adhaeserunt, alii in aggestis tumulis,
 1740 Alii in montibus et speluncis, atque voragine
 Auram refrigerantem, sitimque facientem Dei ignem desiderabilem
 Expectabunt, sustinentes non in stragulis,
 Non vestibis mollibus operti,
 Non in deauratis domibus decumbentes,
 1745 Sed in gladiis, spathaque et ferro
 Cadentes, certissimæ fidei dabunt specimen
 Non cujus venditor, ac qui bene merentem nece sustulerunt,
 Quos æquum est pœnas luere.
 Te vero redivivus facile liberabit
 1750 Is quem in novo tumulo decenter composueris,
 Et beatorum in terra tuam collocabit vitam,
 Tubæ sono e mortuis exsuscitatum ostendens.
 Te enim oportet urbem cædis anhelantem linquere
 Et mitium solum te incolere, o beate,
 1755 Cum deus evaseris, exuta mortali
 Crassitudine, depositaque humana corruptela,

1738 Οἱ δ' οὐδὲν αὐτῷ, etc. Hæc ad eos qui Christum in tumulo condiderunt, refert interpres. Verum hi Judæi erant, ut et qui interfecerant. Itaque id potius intelligendum videtur de gentibus quæ Christi fidem amplexæ sunt, seu de Christianis, qui sic ubique latitabant in cavernis et speluncis, etc. ; hæc, inquam, de gentibus, quæ in Christum crediderunt, dicta sunt, non de uno et altero, qui Christi funus curarunt. Vide *Rhes.* ubi Hector ita fere Rhesum alloquitur.
 1739 Καθόντες. Reg. II. 11, κτανθέντες, *ejus*

martyres, ejus causa occisi.

1741 Ψυχρὸν ἄημα. Reg. Ψυχρὸν ἄησιν, sicut apud Euripidem vers. 417 et 439, quos imitatus videtur auctor noster.

1745 Τοὶ δ' ἐν μαχαίραις, etc. Vide Epistolam ad Hebræos, 11, 37.

1747 Σφαγεῖς. Sic duo Regg. *interfectores*. Editi *σφαγεῖς*.

1751 Καὶ μακάρων, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1337, Bacchus Cadmo meliora prædicit.

1756 Φθοράν. Ita legit Combef. Edit. *φθορὰς*, etc.

METRICA VERSIO.

Indutus ille pauperis vestem, pedem
 Infert in imas tartari sedes, et hinc
 Spolia reportans multa, vindex inferi
 Lustrator antri visus, isthinc effert
 Sese, subactis portitoribus omnibus
 Custodiisque, tum juvenis vere pater
 Et liberalis judicabitur, suus
 Quem populus olim gentis ejusdem invidus
 Mactarit. At qui gente non juncti tamen
 Urnæ hunc dederunt et sepultura: edita
 Partim in sepulcri mole, monte:que arduo,
 Specuque partim in abdita et voragine
 Terræ profunda, frigidum afflatum, et Dei
 Igneum calcem concupiscent, non toro

B Dulci incubantes, vestibis vel mollibus
 Operti, in oro lucidis tectis suum
 Somnum trahentes, ense, gladio alii at cadent :
 Sic et fidem illi sancient verissimam
 Firmissimamque, non eam quam scilicet
 Venditor, et idem carnifex bene meriti
 De se habet : eum æquum luere pœnas, te quidem
 Facile resurgens ille liberaverit,
 Novo sepulcro quem decenter clauseris,
 Ac excitatum a mortuis tubæ sono
 Clangentis, olim te beatorum in gregem
 Ascribet. Urbe nam relicta cædibus
 Fluente, felix fas piorum ut incolas
 Solum, solutus mole qui humana, exueus

Ἦν ἐξ ἀπάτης ἔσχεσ, ὡς θνητὸς γεγώς.
 Τὸν οὐδὲν ἕδειν ἐκ λόγων θεοπρόπτων·
 Διδασκάλου δ' ἔργων αὐτοῖς στέρνοις κλιθεῖς,
 1760 Ὅστωις ἔσεσθαι τοῖς θεῶ φιλουμένους.
 Ἐγὼ συνῆκα Δεσπότηου στέρνοις πεσών,
 ὅτι ἐξ ἀδύσσου πᾶλλ' ἀπαντήσας σοφά.
 Ἰωσ. Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρῆ σοφόν τι μαυθάνειν.
 Πέπυθα αὐτὸν δ' αὐθις ἰδεῖν ἐν χυθόνι;
 1765 Θεοῦ. Πέπυθα· δείξει τούτιον σέλας Θεοῦ.
 Μῆν μόνην μείναι με δεῖ τὴν αὔριον
 Ἰωσ. Ἦμῖν μὲν ὡς μέγας τις ἦκων ἐκ Θεοῦ,
 Ἄκλῶς τε θανών, ὡς βροτὸς τυμβεύεται,

A Ἐν σινδόνι, μύροις τε, μητρὸς ἐκ θνατᾶς,
 1770 Φανεῖς· τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως.
 Εἰ δ' ὡς Θεὸς νῦν κυριεύσει καὶ μέρου,
 Ἔσται τὸ λοιπὸν, ὡς Θεοῦ Πατρὸς καὶ μόνος,
 Ἄπασι σεπτὸς τοῖσιν εἰδόσιν Θεός.
 Πένθος δὲ βαῖον ὄντι μητρὸς ἐκ θνατᾶς·
 1775 Κεῖσθω· τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως.
 Ἦμῖν μὲν οὕτω νῦν τετίμηται φίλος.
 Ὅς δ' εἰ τι πράσσειν, ὡς Θεός, θέλων σθένει.
 Καιρὸς πάρεστι· φῶς γὰρ ἡμέρας τρίτης
 Οὐ μακρὰν ἔστι, καὶ τὸ πᾶν φανήσεται.
 1780 Θεοῦ. Πέπυθα πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν

Quam ex fraude habuisti, qui mortalis genitus fueris.
 Nihil novi ex prophetarum oraculis,
 Recumbens in Magistri sinu didici
 1760 Ita fore Deo prædilectos.
 Sic intellexi Domini gremio jacens,
 Velut ex abyso plura sapientiæ consona hauriens.
 Joseph. A sapiente viro decet aliquam sapientiam ediscere :
 Sperasne eum in terra iterum videre ?
 1765 Theol. Confido ; dies sequens manifestabit gloriam Dei.
 Unicam diem posteram me oportet manere.
 Joseph. Equidem nos, ut virum optimum a Deo profectum,
 Simpliciterque mortuum, ut hominem tumulavimus
 In sindone et unguentis, tanquam ex mortali genitrice
 1770 Procreatum : namque filium ejus mori necesse erat.
 Verum si tanquam Deus inorti dominetur,
 1310-1311 Erit deinceps, ut Dei Filius et unicus,
 Deus ab omnibus, qui noverint, colendus.
 Brevi tempore lugeatur, ut qui ex matre mortali
 1775 Sit genitus : filium enim ejus mori necesse est.
 Sic ejus exsequias cohonestavimus, ut amici.
 At, si ut Deus, potentia sua quid agere velit,
 Tempus adest : lux enim diei tertiæ
 Proxima est, et omnia suum sortientur exitum.
 1780 Theol. Confido omnibus diem liberam

1758 Ἦδεν. Sic duo Regii. Mendose editi ἕδεν.
 Ita fere Rhes. vers. 952 choro respondet Hector.
 1759 Διδασκάλου. Mendose editi διδάσκαλος.
 1762 Ἀπαντήσας, etc. Mendose edit. ἀπαν-
 τίσεις.
 1763 Σοφοῦ παρ'. Ipsismet verbis Rhes. vers. 106
 choros Doloni respondet.
 1765 Πέπυθα δείξει, etc. Sic ibidem Hector ad
 choram, vers. 331.
 1766 Μῆν μόνην μείναι, etc. Sæpe recurrit iste
 versiculus.
 1770 Τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν, etc. Sic infra vers.
 1775, et apud Euripidem Rhes. vers. 975, non aliter
 Musa loquitur de Achille :
 Θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεῶν.
 Fatale enim est et illius filium mori.
 1774 Πένθος δὲ βαῖον, etc. Bene minus Roill.

Eundem consequi luctum addeceat parvum jacentem.
 Ita fere Rhes. vers. 947, etc., Musa ait se luctum
 brevi futurum Tethidi, ob Achillis mortem, allatu-
 rum fore :
 Βαῖον δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
 Οἶσω.
 Brevem autem, id est brevi futurum, luctum marinx
 [deæ Tethidi
 Afferam.
 1780 Πέπυθα πᾶσιν, etc. Sic ibid. vers. 991, etc.,
 Hector confidens ait Trojanos ab obsidione jamjam
 liberandos fore :
 Πέπυθα Τρωσὶ θ' ἡμέραν ἐλευθέραν
 Ἄκτινα τὴν στελεχουσαν ἡλίου φέρειν.
 Confido et Trojanis diem liberam
 Radios accedentes solis allaturos.
 Id est, cras Trojanos obsidione liberaturum iri spero

METRICA VERSIO.

Mortale quidquid ipse mortalis dolo
 Serpens olim obnoxium morti attrahis,
 Fies deus jam. Horum omnium mihi nihil
 Præceptor ex vatum canebat vocibus,
 Verum recumbens hujus ad pectus sacrum
 Didici saturos sic Deo clarissimos.
 Ego ista, Domini pectori cum initerer,
 Cognovi, abyso ex maxima multa hauriens
 Quæ sunt sacræ et reconditæ sapientiæ.
 Joseph. Sapientis e penu nihil nisi sapiens.
 At, tunc speras id futurum ut redditum
 Terris videri detur ? Theol. Id spero, Dei,
 Quæ lux sequetur, lumen indicaverit,
 Hanc unam oportet, me manere crastinam. [a Deo
 Joseph. At nos quidem illum magnum ut aliquem, et

B Ipso profectum, morte sublatum virum
 Et matre mortali editum, atque hinc debitum
 Morti, involutum linteo atque unctum, damus
 Ipsum sepulcro. Si Deus tanquam, imperet
 Morti, ille posthac ut Dei censebitur
 Filius, et idem his omnibus qui noverint
 Deus colendus unus. At matre editum
 Mortali, eundem consequi luctum addeceat
 Parvum jacentem, ut qui parente illa satus
 Sit, ipsa cui lex mortis olim incumberet.
 Nos eum ut amicum quo decuit excepimus
 Honore functum. At ut Deus, si quid volet
 Post agere, promptum est illi, et instat jam dies :
 Prope tertia est lux quæ rei dabit exitum.
 Theol. Spero futurum ut libera omnibus dies

Ἀκτίνα τὴν τριταίαν ἤλιου φέρειν.
 Ἰωσ. Ἰδοίμ', Ἰδοίμ' γλυκερὸν ἤμαρ τόδε.
 Εἶθ', εἶθε, φίλος, θαῦμα τοῦτ' Ἰδοίμ' ἐγώ!
 Νῦν δ' ἀπίωμεν, Νικόδημ' εὐεργέτα,
 1785 Στείλωμεν ἡμεῖς, φίλα τ' ἐξαιτώμεθα
 Ἰπέρ τε λαοῦ, καὶ παρ ὄντος ἀγρίου,
 Ἰπέρ τε πατρὸς, τὸν Θεὸν μηδὲν νέον
 Δρῶν, κἄν ἕως πάρεσμεν ἄμφω τῷ βίῳ.
 Καὶ σὺ δὲ, φίλη Παρθένε, ξὺν παρθένῳ
 1790 Πρὸς ταῦτα ξυνάρηξον ἡμῖν τοῖς φίλοις·
 Ναί, ναί, σὺ συνάρηγε καὶ θρηνοῦσά περ,
 Δέσποινα, μητὲρ τοῦ διφυοῦς, ὡς λόγος
 Τοῦ παρθένου πείθει με μύστου σοῦ Τέκνου.
 Θεοτό. Ἄπιθι, καὶ δύναμιν ἀγγελε βροτοῖς,
 1795 Σὺν Νικοδήμῳ νυκτέρῳ μύστη πάρος,

A Τὰ νῦν δὲ σὺν σοὶ παμφανεσιᾶτῳ φίλῳ.
 Θεολ. Χαίροντες ἴτε, μήτι που πτοούμενοι.
 Ὁ βιαγὴς γὰρ τῆς καλῆς ἡσυχίας,
 Καὶ τῆς ἀκραίφνου ἀγάπης καὶ φιλίας,
 1800 Τό τε φρονεῖν εὖ, σωφρονεῖν τ' ἐν τῷ βίῳ,
 Τηρεῖ τὰ πάνθ', ὡς ἀσάλευτα προσμένειν·
 Θεὸς γὰρ οἶδε πάντα, καὶ σοφῶς κρίνει.
 Ἰωσ. Σὺ τοί με πείθεις, σοῖς τε πιστεύω λόγοις.
 Τάξιν τε τηρῶν, εἴμ' ἐλεύθερος φόβου
 1805 Θεολ. Χωρεῖτε, μέλειν πάντα οἱ δοκεῖ σβῶων·
 Αὐτοῖ τ' ἐπιγνώσεθε τοὺς ἐμοὺς λόγους.
 Ἰμεῖς δ' ἔπεσθε νῦν, κόραι, σὺν μητρὶ μου
 Ἐπεσθε, Χριστῷ καρδιαῖς ὠπλισμένοι,
 Πτοούμεναί τι μηδὲν, ἀλλ' ἔπεσθέ μοι.
 1810 Δείξω γὰρ οἶκον ἔνθα νυχεῦσαι δεόν.

Radius solis tertio orientis allaturos fore.

Joseph. Videamus, videamus hanc gratissimam diem.

Utinam amice, utinam ego istud miraculum intuear!

Nunc autem, Nicodeme, optime operis adjutor, abeamus,

1785 Secedamus, et amica deprecemur

Pro isto populo, licet animis esserato,

Pro patria, ut nihil novi Deus

Persiciat, saltem donec ambo superstites erimus.

Et tu, dilecta Virgo, cum virgine (discipulo)

1790 Ad hæc auxiliare nobis, qui vos amore prosequimur .

Age, age, auxiliare, licet gemelunda,

Domina, mater Hominis-Dei, quemadmodum sermo

Virginis, discipuli tui Filii, mihi suadet.

Deip. Ito, et hominibus miram annuntia potentiam

1795 Cum Nicodemo antea nocturno discipulo,

Nunc autem, tecum, manifestissimo amico.

Theol. Ite alacres, nihilque reformidatis.

Nostræ enim vitæ moderator, qui optimam tranquillitatem

Largitur, et sinceram charitatem et dilectionem,

1800 Et sapere recte, et continentes esse in vita,

Ita conservat omnia, ut immota permaneant;

Deus enim omnia novit, et sapienter judicat.

Joseph. Tu quidem mihi rem persuades, et tuis credo verbis,

Ordinemque servans, abeo liber a metu.

1805 *Theol.* Ite, res amicorum quo videntur curandæ;

Ipsi meos sermones veros esse cognoscetis.

Sequimini vos etiam, puellæ, cum matre mea,

Sequimini, Christo, tanquam lorica, animos indutæ,

Et impavidæ meis insistite gressibus :

1312-1313 1810 Ostendam enim vobis domum, qua pernoctare oportet.

1799 Καὶ τῆς. Editi καὶ τοῖς.

1803 Σὺ τοί με πείθεις. Ita *Rhes.* Paris Hectori
 respondet vers. 663, etc.

1810 Δείξω γὰρ οἶκον, etc. Sic *Rhes.* vers 519

Hector Rheso locum designat, in quo pernoctaturus
 sit ipsius exercitus.

METRICA VERSIO.

Tertia, nitentis proferat solis jubar.

Joseph. Videam diem istam, cupio, jucundissimam,

Videam utinam, utinam amicus ego miraculum!

Nunc, Nicodeme, adjutor operis optime,

Abeamus hinc propere, et huic populo, licet

Sævo impioque, patriæque ipsi optime

Precemur, aliquid ne Deus struat novi,

Uterque saltem dum trahit suæ diem

Vitæ inoramque. Cum juvene castissimo,

Tu, chara Virgo, nos amicos adjuva,

Confecta luctu sis licet, domina tamen

Et mater ejus cui datum unam atque alteram

Habere naturam, ut tui olim Filii

Discipulus ipse mihi suadet, adjuva.

Deip. Ito, comitatus Nicodemo, qui antea

Discipulus illi nocte visus, omnium

in quotquot exstant, in fide notissimus

B Tecum probatur : ito jam, atque enuntia

Miram omnibus mortalibus potentiam.

Theol. Læti ite, nec vos aliquis invadat pavor.

Nam vitæ honestæ nec metu ullo turbidæ,

Et charitatis integræ, et placidissimæ

Concordiæ, et sapientiæ, et modestiæ

Dux, cuncta servat, concuti ut nullo modo

Frangique possint; omnia ut novit Deus,

Sapienter idem semper omnia judicat.

Joseph. Mihi persuades, et tuis dictis fidem

Habeo, metu jam liberor servans modum.

Theol. Ite, ut videtur, res amicorum interim

Curatum; at ipsa re, mea expertemini

Jam verba. Sed vos, o puellæ, cum mea

Matre sequimini et in Christo animo hilari exci-
 tæ,

Et pectus armatæ, nihil pavescite.

Quin me sequimini, hic indicavero domum,

Ὀικῶν δ' ὁ ἐνδέξιος οἶκος ἐνθάδε.
 Τὰ νῦν καταλίθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνης
 Ὁ βραχὺ παρῴχηκεν, ὡς ὄρω, μέρος,
 Ἦδη δ' ἔως πάρεστιν, ἐκρέει κνέφας.
 1815 Θεοσό. Ἰώ μοι, Ἰώ!
 Ψυχῆς μελούσης, καρδίας παχνομένης,
 Ὑπνος βλεφάροις τοῖς ἐμοῖς πῶς ἐμπέτοι:
 Ἦ μοι! Τέκνον μου, σῆς σφαγῆς πανταδίκου!
 Ὡ μοι ταλαίην δραμάτων ἀντιστρόφων!
 1820 Ὁ δὲ γὰρ συνῶδ' αὐτὰ τοῖς ἠλπισμένοις,
 Κἔν συνῶδωσι τοῖς προηγορευμένοις.
 Ἐτλην· μέγιστας συμφορὰς καὶ πρὶν, Τέκνον,
 Ἄρχῆς ἀπ' ἀκρῆς ὧν ζένων γενεθλίων·

A Ἄλλ' εἶπετ' εὐθύς συμφοραῖς θυμηδία,
 1825 Σοῦ συμπαρόντος, καὶ λύοντος ἀνίας.
 Νῦν δ' ἀπέρτατον ἄλγος, ὅ μοι! πῶς φέρω;
 Τί γοῦν, τί δράσω, φεῦ! παθοῦσ' ἀμήχανα;
 Θέλξει δ' ἔδραν ὀμματος ὕπνος πῶς ἄρα;
 Ἦμι. Ἄμμες μὲν, ὧ δέσποινα, χαμαιστρωτῆαι
 1830 Ἄνεκλήθην, σώμασι παρειμέναι,
 Νέαι, παλαιαί, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες,
 Ἄλλαι πρὸς ἄλλων νῶτ' ἐρείσασαι χάρας,
 Αἱ δ' ἐν παρειαῖς ὑποβαλοῦσαι χέρας,
 Καὶ βαῖον ἠρπάσσαμεν ὕπνου βραχὺ τι.
 1835 Σὺ δ' οὐχ ὕπνωσας, οὐδ' ἀνέπαυσας δέμας,
 Παννύχιον στένουσα κ' ὠδυνωμένη·

Ad dexteram sita est in proximo domus illa:
 Huc nunc divertite; noctis enim
 Pars maxima, ut videtur, præterit,
 Jamque illucescit aurora, diffunditque tenebræ.
 1815 *Deip.* Eheu mihi! eheu!

Dum curis mens agitur, premiturque animus,
 Quomodo somnus palpebris meis illaberetur?
 Eheu mihi! o Fili mi, quam iniqua fuit cædes tua!
 Heu! quam misera nunc sum, rebus in contrarium versis!
 1820 Neque enim hæc iis consentiunt, quæ sperabam,
 Etiamsi convenient cum iis quæ prædicta fuerunt.
 Maximas perpessa sum calamitates, et antea, Fili,
 Ab ipsismet incunabulis tui ortus inauditi:
 Verum lætitia calamitates statim subsequabatur,
 1825 Cum adesses, et mororem dilueres.
 Sed nunc intolerabilis dolor, eheu! quomodo sustineam?
 Quid autem agam, eheu! cum intoleranda patiar?
 Quomodo sedem oculorum demulcebit somnus?
 Semi. Nos equidem, o domina, humi stratae
 1830 Recubuimus, corporibus solutæ,
 Juvenes, senes, virginesque adhuc innuptæ.
 Aliæ ad aliarum terga fulcientes capita,
 Aliæ manus genis submittentes,
 Exiguam aliquid somni saltem arripuimus.
 1835 Tu vero neque dormisti, neque ullam corpori requiem præbisti,
 Tota nocte ingemiscens, et mœrore oppressa:

1812 Τὰ νῦν καταλίθητε, etc. Sic ibid. Hector
 vers. 514:

Νῦν μὲν καταλίθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνη.
 Nunc quidem capite locum castris; nox enim jam est.
 1819 Ταλαίην. Legit Combessius ταλαίνα.
 1820 Ὁ δὲ γὰρ συνῶδ', etc. Ita supra vers. 449
 et 867

1823 Ἀρχῆς ἀπ' ἀκρῆς. Ita supra vers. 912
 et 1536.

1827 Παθοῦσ' ἀμήχανα. Quæ nec ullo consilio,
 nec ulla arte levari possunt.

1828 Ἐδραν ὀμματος, etc. Sedem oculorum, etc.,

imo ipsos oculos, vel palpebras quibus insidere somnus dicitur, ut infra vers. 1847.

1831 Παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες. Male distinguit Roill. Virginesque et innuptæ simul: ut interpretis Eurip. ex quo ista desumpta sunt Bacch. vers. 682, 683, et 693, ubi nuntius sic habet:

Ἐδρον δὲ πάσαι· σώμασι παρειμέναι·
 Αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόδην...
 Νέαι, παλαιαί, παρθένοι τε κ' ἄζυγες.
 Dormiebant vero omnes corporibus solutæ;
 Aliæ quidem inclinantes tergum ad frondes abietis..
 Juvenes, anus, virgines et innuptæ.

METRICA VERSIO.

Quæ tota nobis transigatur nox: manum
 Ad dexteram illa in proximo hic sita est domus.
 Divertite huc jam; nam ut video pars maxima
 Præterita noctis, ipsaque aurora emicans,
 Tenebris fugatis, aurea luce appetit.
Deip. Eheu mihi! eheu!
 Exculcerata anima mea et tot anxia
 Curis, dolore turbidum pectus gerens
 Captare somnum qui queam? aut quonam modo
 Iubeat in oculos luctibus tantis graves?
 Heu! dira, Fili, atrocque tua mactatio!
 Quam misera nunc sum, præter optata, omnia
 Cui contingere! nam licet consentiant
 His quæ prophetis ante dicta sunt, tamen
 Fallunt eam spem quam prius conceperam.
 Acerba, Nate, passa sum et gravia prius
 Jam luce ab illa qua dies mirus tui

B Natalis illuxit. Sed hæc dura omnia
 Lætitia subita consequabatur, meas
 Dum præsto curas et dolores solveres.
 At nunc dolorem tam gravem qui perferam?
 Quid igitur hinc jam moliar? vah! quæ incidi
 In perferenda quæ levare non queant
 Vel consulendo vel juvando! et nunc meus
 Somnus aliquis tandem genas demulceat?
 Semi. Nos certe, o domina, nos humi stratae, senes.
 Juvenesque, virginesque, et innuptæ simul
 Membra relaxatis reclinate, caput
 Aliæ aliarum fulcientes corpore,
 Aliæque nixis dexteram in suam genis,
 Somni aliquid ad tempus aliquod percepimus.
 Te nulla contra cepit afflictam quietem,
 Nullusque somnus membra laxavit tua.
 Quin nocte tota triste longumque ingemens,

Πᾶση γὰρ ἡμᾶς ἀγρυπνον εὐφρόνη στρέψει.
 Ἔως τίνος μείνης δὲ προσκαθημένη
 Ἄϊπνος, ἄμμα μὴδ' ὄλωσ' αἰσούσά σου ;
 1840 Ἦὼς, ἰδοῦ, πέφηνε, καὶ λεωφόρον
 Περιτρέχουσι δῆμος ἄνω καὶ κάτω·
 Ἰῆς τ' ἀναδραμῶν ἤλιος φασσφόρος,
 Ἄκτινας ἐξίησι θερμαίωνων χθόνα.
 Θεοτό. Ἰδὼν τεθέντα νεκρὸν ἰδοῦσ' ἐν τάφῳ,
 1845 Οὐ δεῖ με θρηνεῖν, καὶ στένειν, καὶ δακρύειν,
 Ἔως ἰδοίμι ζῶντα πάλιν ἐκ τάφου ;
 Ἰπνος δ' ἄρα μου πῶς βλεφάροις ἐμπέσει ;
 Ἡμι. Κἀγὼ μελούση καρδίᾳ λήγουσ' ἔπνου
 Κεῖμαι, πεδοσιτῆς γε, χαμαιστρωτῆς,

A 1850 Κοῦτ' ἔβρισ', οὐτ' ἐκοίμησα, σφοδρῶν γῶν
 Σῶν, Παρθένε, κλύουσα καὶ στεναγμάτων.
 Θεοτό. Ἐγρεσθ', ἔγρεσθε, τί, γυναῖκες, μέλλετε,
 Ἐξίτ', ἄπιτε βαῖδιν ὡς πρὸς τὴν πόλιν,
 Ὅσον προβαίνειν ἐντολὴ δίδωσι που·
 1855 Ἴσως τι μαθήσεσθε καὶ νεώτερον.
 Πολλοὶ γὰρ ἡμᾶς ἀγνοοῦσι, καὶ δέος.
 Χορ. Καὶ μὴν ὀπαθῶν εισορᾶν τινα δοκῶ,
 Σπουδῇ σκυθρωπὸν ἐνθάδ' ἐφωρμημένον,
 Δοκεῖ δὲ καινῶν ἀγγελος μηνυμάτων.
 1860 Ἄγγ. Πῆ νῦν μολῶν εὐροίμ' Ἰησοῦ μητέρα ;
 Εἰπατέ μοι, γυναῖκες, εἴπερ ἴσται, μοι
 Σημήνατ' ἄρα τῶνδε δωμάτων ἔσω ;

Tota enim nocte oculum vigilem circumagis.
 At usquequo permanebis assidens,
 Insomnis, nullatenus tuos claudens oculos ?
 1840 Ecce illuxit aurora et viam publicam terens
 Sursum ac deorsum concurrat populus ;
 Et terram ambiens sol lucem asserens
 Suos emittit radios, humum calefaciens.
 Deip. Filium meum exanimem in sepulcro positum videns,
 1845 Nonne debeo lugere, ingemiscere et lacrymari,
 1314-1315 Donec cum a monumento redivivum aspiciam ?
 Quomodo sopor palpebris meis illaberetur ?
 Semi. Et ego sollicito animo desinens a somno
 Jaceo, humi strata, solo adhærens,
 1850 Nec dormitavi, nec dormivi, tuos luctus
 Acerbos et gemitus audiens, o Virgo.
 Deip. Surgite, surgite, quid moramini, mulieres ?
 Exite, pergite paululum versus urbem,
 Quatenus lex procedere permittit :
 1855 Fortassis et aliquid novi ediscetis.
 Cum enim plerique vos nesciant, nihil metuendum.
 Chor. Et certe unum e conitibus cernere mihi videor
 Tristem ac festino gressu huc properantem ;
 Videtur autem novæ rei nuntius.
 1860 Nunt. Quo nunc vadens Jesu matrem videbo ?
 Dicite mihi, mulieres, si quidem nostis, mihi
 Indicate jamjam ; nonne in istis ædibus ?

1847 Ἰπνος δ' ἄρα, etc. Ita supra vers. 1828.
 1848 Κἀγὼ μελούση, etc. Ita fere auriga Rhes.
 vers. 770 Thracii exercitus stragem annuntiat.
 1849 Πεδοσιτῆς. Male edit. παιδοσιτῆς.
 1850 Κοῦτ' ἔβρισ', οὐτ' ἐκοίμησα. Roill. vertit :
 Nullus sopor cibo gravatæ obrepsit. Non recte, quippe
 oculi ejus nocere potius quam cibo gravabantur.
 Non male tamen redderes : Nec somni, nec cibi quid-
 quam cepi, quod in graviore luctu accidit. Ita fere

chorus Rhes. vers. 824, etc. :
 Ἐπεὶ ἀγρυπνον ἡμᾶς ἐν εὐφρόνῃ
 Οὐτ' ἐκοίμισ', οὐτ' ἔβριξεν.
 Quia vigilans oculus in hac nocte
 Neque sopitus est, neque commixit.
 1857 Καὶ μὴν ὀπαθῶν, etc. Ita Hipp. vers. 1154,
 etc., semichorus.
 1860 Πῆ νῦν μολῶν, etc. Ita fere ibid. vers. 1154
 etc., nuntius sciscitatur ubi Theseum possit invenire.

METRICA VERSIO.

Dolensque vigiles huc et huc oculos agens,
 Sedisti : at usquequo misera tandem assidens
 Expersque somni, nilque connivens tuis
 Oculis manebis ? Ecce jam emicat aurea
 Aurora, populus publicam viam terens
 Sursum ac deorsum fertur, et terram ambiens
 Phœbus, suaque luce lustrans, exserit
 Jubar, colorem rebus infundens suum.
 Deip. Natum in sepulcro mortuum cernens meum,
 Quin in dolores, lacrymas, suspiria
 Gravesque luctus debeam prorumpere,
 Donec sepulcri mole fracta appareat
 Victor resurgens ? somnus autem qui mihi
 Tot inter anxios metus irperet ?
 Semi. Etiam ego pectore anxio, somno carens,
 Humique fusa jaceo servili in toro
 Gramineo et herbido ; sopor nullus tamen

B Cibo gravatæ obrepsit, o Virgo, neque
 Dormivi, ut aures ad meas luctus tui
 Volant frequentes, planctibusque verberant.
 Deip. Jam surgite, o vos, surgite, inquam, feminæ,
 Unde mora tanta ? exite, abite qua via
 Tenditur ad urbem, quam licet procedere :
 Forte aliquid excipietis insolentius.
 Vos vulgus ipsum nesciet, proin nihil
 Est quod metus vos habeat hac in re anxias
 Chor. At, at videre videor ex sectantium
 Quemdam caterva, tetrico vultu, et gradu
 Celeri citoque huc se ferentem : nuntius,
 Quantum videtur, is novæ rei advenit.
 Nunt. Quo jam ibo ? qua insistam via, ut charissimam
 Inveniam Jesu matrem ? at, o vos feminæ,
 Si modo potestis scire, dicite, et mihi
 Jamjam indicate ; nonne in istis ædibus ?

Ἦμ. Ἦδ', αὐτὸς ἀθρεῖς, δωμάτων ἐντὸς μένει.
 Ἄγγ. Δέσποινα μήτηρ Μυσταγωγῶ μοι φίλου,
 1865 Καὶ νῦν μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον,
 Σὺ, καὶ μαθηταῖς, καὶ γυναιξὶ σαῖς φίλαις.
 Θεοῦ. Εἰς καιρὸν ἦκει, καὶ περ ἀγγέλλων φρόνον.
 Τί δ' ἐστὶ; μὴν τις συμφορὰ νεωτέρα;
 Ἄγγ. Πολλὴ φάλαγξ ἔνοπλος εἰς τάφον μολεῖ,
 1870 Τίνας δ' ἔκητι, συμβαλεῖν σάφ' οὐκ ἔχω.
 Ἦκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς· φήμη δέ τις
 Ἀκούειν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι
 Ἦκουσι τάφου· χ' ὁ μὲν οὐκ ἰδὼν, λέγει·
 Ὁ δ' εἰσιδὼν μολοῦντας, οὐκ ἔχει λέγειν·
 1875 Ὁ δ' εἰδέναι λέγων τι, φράζειν οὐ θέλει.

A Πλὴν εἰς τις εἶπε γραμματεῖς προσιέναι,
 Καὶ ταῦτα πείσαι κοίρανον τῆσδε χθονός,
 Πέμψαι φύλακας, καὶ σφραγίσαι τὸν τάφον,
 Ὡς μὴ τάχα κλέψωσι μύσται τὸν νέκυν·
 1880 Ὡν οὐνεκ' ἦλθον πρὸς σὲ ταῦτ' ἀπαγγελῶν
 Θεοῦ. Ὡ ράπτα κακῶν τῶν ἀφερτάτων ἐμοί,
 Γραμματέων ὄμιλε καὶ πρεσβυτέρων!
 Ὡ τῆς φωνῶσης ἐργάτα τολμηρίας!
 Ὡ δραματουργεῖ τοῦ φρόνου τοῦ Δεσπότητος!
 1885 Ὡς συνιέεις μὲν οἷα τολμᾶς ἀφρόνων,
 Λέξῃ βέλος δριμύ τι κατὰ καρδίαν,
 Πάνδεινον ἀλγῶν ἄλγος. Ἦν δ' ἄρ' εἰς τέλος
 Ἐν τοῖσδε μένης, οἷς τὰ νῦν κακῶς μένεις,

Sem. Ipse cernis, ipsa est intus domi.

Nunt. Domina parens Magistri a me plurimum dilecti,
 1865 Et nunc affero sermonem, qui te merito anxiam curaque
 Sollicitam habeat, et discipulos, tuasque charissimas mulieres.

Deip. Opportune venisti, quanquam terrorem denuntians.
 Quid autem? an aliqua nova calamitas ingruit?

Nunt. Numerosa cohors armata ad tumultum pergit,
 1870 Qua vero de causa, facile conijcere nequeo.

Venio autem audita re non perspicue: rumor autem
 Populum pervasit, quod exploratores

Tumuli veniunt; et qui quidem non vidit, hæc dicit;

Qui vero venientem vidit, id non potest loqui;

1875 Et qui se scire ait aliquid, non vult dicere.

Unus tamen dixit scribas accessisse,

Idque hujusce regionis præsidi persuasisse,

Ut custodes mitteret, et monumento sigillum apponeret,

Ne forte mortuum surarentur discipuli;

1316-1317 1880 Quam ob rem ad te veni nuntiaturus.

Deip. O sarcinator malorum mihi intolerandorum,

Scribarum et seniorum cœtus!

O audaciæ cades perpetrantis opifex!

O machinator necis Domini!

1885 Quale, cum noveris quantum nefas insane patraveris,

Acutum telum in corde excipies,

Vehementi confectus dolore! si vero usque ad finem

In his perniæneas, in quibus nunc male insistis,

1865 *Δωμάτων ἐντὸς μένει.* Ita ibid. chorus nuntio
 respondet vers. 1156:

Ὁδ' αὐτὸς ἐξω δωμάτων πορεύεται.

Ille ipse egreditur ex aedibus.

1865 *Καὶ νῦν μερίμνης* etc. Ita supra vers. 644,
 et *Hippol.* vers. 1157, nuntius Theseo filii sui obi-
 tum refert.

1867 *Εἰς καιρὸν*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 52
Hector choro respondet.

1871 *Ἦκω δ' ἀκούσας*, etc. Sic ibid. vers. 656,
 etc., Paris Minervam alloquitur:

Ἦκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς· φήμη δέ τις

Φύλαξιν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι

Ἦκουσ' Ἀχαιῶν· γῶ μὲν οὐκ εἰδὼς λέγει,

Ὁ δ' εἰσιδὼν μολόντας, οὐκ ἔχει φράσαι.

Venio autem audita re non perspicue; rumor enim
 [quidam

Custodes pervasit quod exploratores huc

Venerint Græcorum: et qui quidem eos non vidit,
 [hoc dicit,

Qui vero venientes vidit, non potest dicere.

1880 *Ὡν οὐνεκ' ἦλθον*, etc. Sic *Rhes.* vers. 660
 Paris ait hac de causa ad tentorium Hectoris se
 contulisse.

METRICA VERSIO.

Sem. Ut ipse cernis, ipsa ea est intus domi.

Nunt. Doctoris o mei parens charissimi,

Ei domina, cura nunc tibi et tuo hinc gregi

Apporto dignum, et providendum nuntium.

Deip. Metuenda quamvis nunties, bene advenis.

Quid autem? an aliqua calamitas nova ingruit?

Nunt. Armata prodit ad sepulcrum maxima

Phalanx virorum; cujus autem gratia,

Non conijcere plane queo: advenio tamen

Non ipse certe nuntius rei auribus

Perceptæ, at ejus, fama quam in vulgus serit,

Adesse jamjam qui ad sepulcrum Filii

Custodientes excubent: unus quidem

Il dicit, ut non viderit tamen; alius

Qui vidit illuc recta euntes, ne id quidem

Dicere potest. at rursus ille qui asserit

Se scire, non vult quod scit cloqui: unus est

B Tantum istud addens, Pontii scribas domum

Petisse, et illum quem penes jus est loci

Istius, eo impulsisse, quo obsignans suo

Signo sepulcrum, illius et custodiam

Decerneret, ne discipuli ea forsitan

Cadaver aliquo nocte clanculum efferant.

Hoc propter hujus nuntius veni tibi.

Deip. O mihi malorum non ferendorum omnium,

Consutor audax, turba scribarum et senum

Letalis auctor perditæque audaciæ,

Cædisque Domini dure confector! gravi

Letus dolore, quam subibis pectore

Tunc telum acutum, cum scies quantum nefas

Patraris. At si pergis hæc, quo tu pede

Cœpisti, eodem prava quæ nunc sunt sequi,

Ut stulta tibi mens plane et aversa, integra

Tibi sinistre judicabis omnia:

Ὅπ' εὐπραγῶς ὄξεις γε μὴ κακῶς ἔχειν,
1890 Ἐξ ἀφροσύνης καὶ κακῆς ἀβουλίας·
Γνωίης δ' ὁμῶς ἔπειθ', ὅτ' οὐ κέρδος τί σοι.

Πῶς γὰρ ἔσσονται νεκροφῶρες, οἱ μόγις
Μειζόνους σφῶν χεῖρας ἐκπεφυγότες;
Προσεγγίται πείσει δὲ τίς σφᾶς πῦ τάφῳ,
1895 Οὕτω τρέσαντας καὶ λίαν πεφρικότες;

Ἄπιθ', ἀπιθι, καὶ φύλασσε τὸν τάφον.
Ναί, ναί, ψάλαξέ, ἀπιθι, κάσφαλῶς βλέπε.
Μάρτυς γὰρ ἰσως τῆς ἐγέρσεως ἔση.

Ἡμι. Ἄμμες δὲ, φίλαι, τῆδε μὲνῶμεν πάλιν.

1900 Ναί, ναί μὲνῶμεν ἡσύχως ἐν οἰκίᾳ,

Μηδ' ἀπίῳμεν ἐς τάφον τοῦ Δεσπότου,

Ἄλλ' ἔναι μὲνῶμεν εὐφρόνης κνέφας.

Θεοτό. Καὶ μὴν ἰδοῦ, πρόβεισι δρῶνης τὸ κνέφας.

Α Λοιπὸν μάθωμεν ἡσύχως ἐκ φυλάκων.

1905 Πῶς γὰρ τις δρῶνη δυσμενῶν ἀνὰ στρατῶν

Ἐλθὼν, μυρίζει τόνδ' ἀκινδύνως μολῶν;

Κατάσκοπον δὲ πρὸς τάφον μολεῖν ἔδει

Τίν' ἐξ ὑπαδῶν ἀγρυπνῶν Διδασκάλου·

Ναί, ναί προσέχει τόνδ' ἀπείναι τάχει·

1910 Κἂν μὲν τινα χρυσαῖον οὐ γνοίῃ δόλον,

Βῶμεν πρὸς ἔρθρον τύμβον ἐς ζωηφόρον,

Δέμας νέκυος τοῦ μυρίζει κατ' ἔθος.

Ἐλευσόμεθα, τῆνδ' ἔχω γνώμην ἐγώ.

Ἦν δ' αὖ τιν' ἐχθρῶν μηχανῆν σπυθώμεθα,

1915 Τῆς καλλιφεγγούς ἡμέρας τὴν ἀκτῖνα

Σιγῇ μενοῦμεν, οὐδὲ χρεῖα μυρίσαι

Τὸν κείμενον νῦν· οὐ γὰρ ὑπὸ γῆς ζῶφον

Φθορὰ κατασκήψαι τις εἰς δέμας Λόγου.

Non male agere tibi infeliciter videberis,
1890 Propter tuam amentiam et consilii pravitatem :

Cognosces tamen subinde, nihil utilitatis tibi fore.

Quomodo enim mortui furatores erunt ii, qui vix

Cruentas eorum manus effugerint?

Quis iis suadebit ut ad tumultum accedant,

1895 Iis, quos tam vividus pavor, horrorque conentit?

Abi, abi, monumentum custodi.

Age, age cohors, abi, et tuto inspice.

Testis enim forsitan eris ejus resurrectionis.

Semi. Nos autem, dilectæ, eo loci iterum consistamus :

1900 Etiam, etiam secure domi remaneamus,

Neque ad Domini sepulcrum abeamus,

Sed exspectemus donec veniat noc. is diluculum.

Deip. Et quidem ecce procedit noctis diluculum.

Quod superest, tranquille discamus ex custodibus.

1905 Quomodo autem aliquis noctu hostium exercitum

Pervadens, et absque periculo accedens, Filium meum unguentis perfundet?

Debnisset tamen ad monumentum accedere, tanquam explorator,

Aliquis pervigil ex discipulis Domini :

Certe, certe expedit aliquem ire propere;

1910 Et si nullum esse dolum occultum noverit,

Mane abeamus ad tumultum, qui vitam includit,

Ut, juxta morem, mortui corpus condiamus.

Ibimus, hæc est mea opinio.

Sin autem aliquam hostium machinationem audiamus,

1915 Diei valde lucidæ radios

Quiete exspectabimus; neque nunc opus est ungere

Jacentem : neque enim sub terræ nigra caligine

Verbi corpus ulla invadet corruptio :

1891 Κέρδος τί σοι, etc. Edit. nonnulli κέρδες.

1905 Ὀργῆς τὸ κνέφας. Noctis diluculum, seu ultima pars noctis, crepusculum. Non enim tenebras noctis altæ, ut male reddit Roillet, sed auroram ex-

spectabant mulieres, ut se ad sepulcrum conferrent.

1907 Κατάσκοπον, etc. Sic. edit. Wechel. Parisiensis autem κατὰ σκότον.

METRICA VERSIO.

Sed ipse tandem postea damno tuo
Nil inde fructus esse senties tibi.
Nam quomodo furto sadaver esserant
Ii qui cruentas vix manus effugerint?
Aut quis propius hos ad sepulcrum accedere
Impellet, horror quos trepidus habet et pavor?
Abi jam, abi tu, et quam voles, phalanx, sede
Custos sepulcri : abi jam et illi prospice
Tuto, futurus testis ejus forsitan
Molem sepulcri qui resurgens dissipet.
Semi. At nos moremur interim hic, charissima,
Moremur hic, inquam, quiete, nec domo
Pedem efferamus; ad sepulcrum progredi
Tantum in tenebris noctis altæ juverit.
Deip. Caligo certe subita noctis labitur
Quod restat id discamus a custodibus.
Nam quomodo aliquis nocte tam obscura hostium

B Per arma penetrans progredi tuto queat,
Unguento amica ut corpus imbuat manu?
Quin ad sepulcrum aliquem grege ex sectan-
[tium
Quondam Magistrum, diligentem ire expedit,
Qui cuncta recte exploret; et certo expedit
Hunc ire propere, qui subesse si dolum
Non norit aliquem, mane nos summo ocibus
Petamus urnam vita qua concluditur,
Ut condiamus more solito aromate
Corpus sepulti. Eamus : hæc sententia
Mea est. At hic nos si dolum deprehendimus
Aliquem hostium, clarissimum lucis jubar
Nos clanculum exspectabimus; nam nec jacens
Etiam opus unguento ullo habet, corruptio
Cum nulla terræ sub nigra caligine
Verbi in cadaver ingruet : nec qui vorat

ὄτε οὖν λαβέσει ψυχὴν ἄδης παμπάγος
 1920 Ἐκὼν γὰρ ἔτλη πότμον, οὐκ ὄφλημ' ἔχων
 ἵνα καθειρῆθῃ κατ' ὄφειλὴν εἰς ζόφον.
 Ἐξ ἀφθίτου γὰρ ἀφθιτον πεφυκότα
 Πῶς νῦν φθερεῖ ταμίας ἄδης νερτέρων,
 Ὅν καὶ λάφυρ' ἐκείθεν ἔλκυσαι δοκῶ,
 1925 Ἵσους βροτῶν καθειρῆζεν, οὓς ξυνήρπασεν,
 Ἐβδρῆσεν ἐν δεσμοῖσι πανζόφου στέγης.
 Ἦμ'. Ὀρθῶς μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπὴν.
 Πέμψ' ὡς τάχιστα· νῦν γὰρ ἀσφαλῶς λέγεις.
 Ἐν σοὶ δέ μ' ἔπει καρτερῶσαν, ὡς θέλεις.
 1930 Θεοτό. Τίς δῆτα φιλῶν, α? πάρεστιν ἐνθάδε,

A Θέλει κατόπτis ἔννουχος τύμβω μολεῖν ;
 Τίς ἂν γένοιτο νῦν ἐμὸς δ' εὐεργέτης ;
 Μύσται γὰρ οὐ πάρεσαι τοῦ Διδασκάλου,
 Φεύγοντες ὄρμην ἀλογον μαιφῶνων.
 1935 Οὐ γὰρ ἴσως πνεύουσι θυμοῦ καθ' ὄλων·
 Περιφρονοῦσι καὶ γὰρ ἡμῶν τοῦ γένους,
 Μύστας δὲ διώκουσιν ἀλόγῳ θράσει.
 Μαγδ. Ἐγὼ πρὸς ὑμῶν τόνδε κίνδυνον θέλω
 Ῥίψασα, κατόπτis σοροῦ θείου μολεῖν.
 1940 Ἄπαντ' ἐκείθεν ἐκμαθούσα δ' ὡς ἔχει,
 Ἦξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος μολεῖν χθόνα·
 Ἦξω δὲ ὀάττον, τόνδ' ὑψίσταμαι πόνον,

1318-1319 Neque ipsius animam omnivorus cohibebit infernus :

1920 Libens enim mortem subiit, nullum habens delictum,

Ut mors ipsa ex merito in tenebras recondatur.

Ex immortalis enim immortalium natus

Quomodo nunc corrumpet mors inferorum dominatrix,

Quem exinde, veluti spolia, educturum fore puto,

1925 Quotquot hominum inclusit, quos rapuerat,

Et vinculis domus valde tenebrae constrinxerat?

Semi. Prudenter primum ad rei explorationem oportet ire :

Mitte quam celerrime : recte enim sentis.

Tecum vero videbis me tolerantem, ut vis.

1930 Deip. Quanam igitur dilectarum, quae hic astant,

Vult exploratrix noctu ad tumulum ire?

Quis istud mihi beneficium rependet?

Neque enim adsunt Domini discipuli,

Qui insanam carnificum rabiem effugerunt.

1935 Hi vero non eundem erga omnes spirant furorem ;

Aspernantur quippe nostrum sexum,

Sed insana discipulos audacia persequuntur.

Magd. Ego a vobis hoc periculum removens,

Ire volo tumuli divini speculatrix.

1940 Cum autem omnia, qualia sint, edidicero,

Ad vos redibo, priusquam lumen redeat supra terram :

Veniam cito, hunc subeo laborem,

1927 Ὀρθῶς μολεῖν χρὴ, etc. Combefisius ita
 interpungit : ὀρθῶς· μολεῖν χρὴ, etc., ac vertit :
 Recte : eundem prius ad explorandum, quod est,
 approbatio verbi quod dixerat Maria, non modi
 praescriptio, ut Roill. reddit. Sic Eurip. Bacch.
 vers. 836 Pentheus ait :

Ὀρθῶς μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπὴν.

Prudenter primum ad rei explorationem oportet ire.

1928 Πέμψ' ὡς τάχιστα, etc. Ita Tere Rhés. vers.

147, etc., Aeneas Hectori consulit ipsismet verbis,

ut aliquem Graecorum castra exploratum mittat.

1930 Τίς δῆτα φιλῶν, etc. Sic. ibid. vers. 149, etc.,

Hector Trojanos hortatur, ut quis exploratoris nu-

mus audeat subire :

Τίς δῆτα Τρώων, οἱ πάρεστιν ἐν λόγῳ

θεῖαι κατόπτis ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν ;

Quisnam igitur Trojanorum, qui adsunt in isto con-
 silio,

Vult explorator ad naves Graecorum ire?

1938 Ἐγὼ πρὸς, etc. Ita fere ibid. vers. 151, etc.

Dolon sese offert iisdem verbis :

Ἐγὼ πρὸ γαίης τόνδε κίνδυνον θέλω

Ῥίψας, κατόπτis ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,

Καὶ πάντ' Ἀχαιῶν ἐκμαθῶν βουλευμάτα,

Ἦξω πρὸς τοῦτοισ. Τόνδ' ὑψίσταμαι πόνον.

Ego pro patria hoc periculum volo

Subiens, speculator ad naves Graecorum ire,

Et omnibus Graecorum cognitiss consiliis

Redibo huc : hunc laborem in me recipio.

1941 Ἦξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος, etc. Sic ibid.

vers. 225, idem Dolon ipsismet verbis suum ex-

primit reditum postquam Ulysses et Diomedem

necaverit.

METRICA VERSIO.

Cæca oculus, animam carceris claudet specu.

Mortem ille passus, nullius sceleris reus.

Est sponte, tenebris ut quod inde est debitum

Coerreatur. Nam satum illo qui nequit

Corrumpi, et illum nescius qui sit quoque

Corruptionis, quomodo umbrarum locus

Corrumpet oculus promus et condus, manu

Victricæ quem jam spolia tracturum puto,

Quotquot hominum conclusit et rapuit sibi

Tectique strinxit in nigrantis vinculis?

Semi. Cauta sit oportet omnis exploratio :

Jam mitte quam celerrime, quando mones

Probe : videbis me hic tibi sociam ut jubes.

Deip. Et quæ mearum hic quas video sodalium,

B Onus hoc subibit, noctis ut silentio.

Petens sepulcrum, exploret optime omnia?

Quæ me beneficio hoc sibi devinctet,

Discipuli ut absunt hinc Magistri, qui fuga

Vitant furentem perditorum in se impetum?

Nam non furorem illi æquo in omnes spiritu

Perflant; habentes despiciatui genus

Nostrum, feruntur in gregem sanctantium

Furore cæco, stulto et audente impetu.

Magd. Ego istud a vestro capite periculum,

Parata abire speculer ut tumulum sacrum,

Propulso; janijam cognito rerum statu

Omni, revisam vos priusquam redditus

Terris sit almæ luci illustrans nitor.

Atque adeo citius rediero. Subeo libens

*Ἐκheti πολλῶν, ὧν ἀπηλλάγην, κακῶν.

Κάντεῦθεν ἰσως εὐκλειέστερον δόμα

1945 Αὐτὸς παράσχη νεκρὸς, οὐ νεκρὸς δ' ἔμοι·

Εὐδεῖν δοκεῖ δέ, καὶ μένειν μ' ἔτι κνέφας.

Εὐδωμεν οὖν, εὐδωμεν, οὐ μακρὰν ἔως,

*Ἦν εἶθ' ἴδοιμι τάχιόν γε, Παντάναξ.

*Ἄτὰρ πρὸς ὄρθρον ἀπίω ταχυδρόμος·

1950 Ἴσως κάδελφαῖς συντρεχούσαις ἐντύχω,

Αἱ προσμένειν εἶλοντο, καὶ βλέπειν τάφον·

Πᾶσαι γὰρ ἠπείγοντο συμφώνως ἔμοι,

*Ἐννυχῆσαι νῦν πρὸς τὸ μυρῆσαι νέκυν.

*Ἦμι. *Ἀπιθ', ἀπιθι νῦν δραμοῦσ', ὡς τι μά-
[θης,

1955 *Ἀνδρῶν εἰσφέρουσα τὴν τολμηρίαν·

A *Ἄμμες δ' ἐφεσόμεσθα σὺν αὐταῖς κόραις,

*Ἄλλαι τε πολλαὶ Γαλιλαίας θρεμμάτων.

Πάσας γὰρ οἶμαι συνδραμεῖν σοι πρὸς τάφον,

*Ἴδεῖν ποθοῦσας τέρμα τῶν ἠλπισμένων.

1960 Μικρὸν δ' ἀφουπνώσωμεν, τῆς οὐκ ἄπο.

Μαγδ. Σφοδρῶς πονεῖν με χρῆγ, πονούσαν δ' ἄξιον

Μισθὸν προσθερεῖν· παντὶ γὰρ προκειμενον

*Ἄθλον πρὸς ἔργον τὴν χάριν τίχτει διπλῆν,

*Ἦν πολλὰ πρὶν εἰληφα, καὶ πάλιν λάβω.

1965 Θεοσδ. Ναί, ναί, δίκαιον τοῦτο, κοῦκ ἄλλως
[σκοπεῖς,

Σύ τ' εὖ παραινεῖς, καὶ σὺ καιριῶς λέγεις.

Λέγεις δὲ μισθὸν καὶ χάριν, ὅσην ἔχεις,

Πρὸ τῶν πόνων λαβοῦσα, καὶ πάλιν λάβοις·

Ob multa, quibus liberata sum dæmonia.

Atque hinc fortasse donum insignius

1945 Ipse mihi præbebit mortuus, quamvis eum non putem mortuum;

Sed mihi videtur dormiendum, expectandumque adhuc crepusculum.

Dormiamus igitur, dormiamus, longe non abest aurora,

Quam, o rex omnium, utinam ocius videam!

Verum ubi diluxerit, properanter ibo:

1950 Forsan in sorores illuc occurrentes incidam,

Quæ remanere, et tumulum inspicere decreverunt;

Omnies enim animo mihi concordī studebant

Totam noctem traducere in uigendo mortuo.

1320-1321 *Semi*. Abi, abi nunc celeri cursu, ut quid ediscas,

1955 O tu quæ viriles gestas animos.

Subsequemur autem nos cum hisce puellis,

Aliæque plures e Galilæa ortæ.

Existimo enim cunctas ad tumulum tecum concursuras esse,

Expetentes spei nostræ exitum cernere.

1960 Obdormiscamus paululum: haud procul aurora.

Magd. Vehementer me laborare oportet, et laborantem decet

Mercedem intueri: cuilibet enim propositum

Operi præmium geminam parit gratiam,

Quam sæpe antea percepi, et iterum percipiam.

1965 *Deip*. Sane et id æquum est, nec aliter videbis,

Tu vero bene admiones, et opportune loqueris.

Loqueris de mercede, et gratia, quantam obtinuisti,

Etiam priusquam laborares, et quam iterum accipies:

1945 *Ἐκheti πολλῶν, ὧν, etc. *Septem*, nempe, *dæmonia* quæ *Christus* ex ea expulerat, Marc. xvi, 9. Edit. Φ .

1961 *Σφοδρῶς πονεῖν*, etc. Ita fere *Rhes*. vers.

161, etc., Dolon Hectorem alloquitur:

Οὐκοῦν πονεῖν με χρῆγ, πονοῦντα δ' ἄξιον

Μισθὸν φέρεσθαι· παντὶ γὰρ προκειμενον

Κέρδος πρὸς ἔργω, τὴν χάριν τίχτει διπλῆν.

Ideo me laborare convenit, sed laborantem decet

Mercedem auferre; additum enim omni

Negotio lucrum, voluptatem parit duplicem.

1965 *Nai, vai, dikaiou*, etc. *Ibid.* vers. 164 re-

spondet Hector:

Nai, vai, dikata taûta, κοῦκ ἄλλως λέγω.

Sane et hæc aqua knit, nec aliter contrave dico.

METRICA VERSIC.

Istum laborem, haud immemor eorum omnium

Periculorum, quibus is olim liberam

Me fecit, atque hinc forte et idem mortuus

Me clariore munere exornaverit;

Quin mortuum illum non puto. Verum mihi

Adhuc videtur dormiendum, et paululum

Hic immorandum plena dum nocte omnia.

Jam dormiamus, dormiamus, non abest

Aurora longe, quam, o omnium rex, ocius

Utinam ego videam! Verum ubi diluxerit

Properanter ibo; forsitan etiam incidam

Cursum in sororum, quibus id officium fuit

Prius, ut manerent et sepulcrum cernerent.

Illæ enim in id omnes mente concordī mihi

Tantum studebant, corpus ut sanctum ungerent,

Noctemque totam sic simul traducere.

Semi. Abi, o virilem quæ mulier audaciam

B *Æquas*, abi jam propere, ut aliquid rescias.

Nos consequemur cum puellarum hoc grege,

Aliæque Galilæa satæ quam plurimæ.

Nam credo, comites quotquot illæ sunt, tui

Cursus futuras ad sepulcrum: ita expetunt

Videre quis sit insitæ spei exitus.

Nunc excitemur paululum, aurora haud procul.

Magd. Labore mihi opus strenuo, quo præmium

Dignum laboris ante cæteros queam

Videre: namque cuilibet quod ponitur

Præmium ad opus, geminam parit sibi gratiam,

Quam sæpe percepi ante, quamque denuo

Percipiam. *Deip*. Et æquum est id quoque, nec un-

[quam secus

Videbis, et probe mones et commode.

Vis autem id, ut quod præmii atque gratiæ

Adepta es ante tuos labores, denuo

Πῶν οὖν τί μείζον τῶνδ' ἀπαιτήσεις γέρα; ;
 1970 Δώσει δ' ὅμως σοι δῶρ', & καλλιστεύεται
 τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἷδ' ἐγὼ πολὺ,
 Μακαρία τ' ἔπειτα κυρήσας' ἔση.

Μαγδ. Ἴδού, τὸ σὸν γε προσκοπούμενη δράμω.

Ἡρώτη δ' ἴδοιμι τὴν ἀνάστασιν κόρη!

1975 Μισθὸν γάρ αἰτῶ τῶν πόνων λαβεῖν τόδε.

Ἄθρεις γάρ, ἀθρεις τὴν ἐμὴν προθυμίαν.

Θεοτό. Ὅρα κατ' ὄρφναν μὴ φύλαξιν ἐντύχησ.

Μαγδ. Φυλάξομαί τι, καὶ πόδ' ἡσύχως βαλῶ.

Ἄλλ' εὐτυχοίην, καὶ τύχοιμι δ' ὧν ἐρᾷς.

1980 Ἐρᾷς δὲ πάντως γῆν ἰδέσθαι τάχει,

Ὅπερ ποθοῦσα, βίψοκινδύνας τρέχω.

A *Θεοτό.* Βάθ' ὡς τάχιστ', ἐμοὶ δὲ θάπτον, ὧν ἐρῶ,
 Εὐάγγελος γένοιο, τυχεῖν ὡς ἐχω.

Μαγδ. Εἶκω κελευσθεῖσ', οὔσα γάρ μοι τιμία
 1985 Οὐκ ἂν ἀμάρτοις τοῦδ' γ', ἀλλὰ πεθομαι.

Θεοτό. Ἐφέφομαι κἀγὼ δὲ σὺν σοι, Μαρία.

Ἄλγῳ γάρ, ἀλγῳ καὶ μένειν σου κατόπιν.

1990 Ὅτω μέλουσα, πῶς ποτ' ὄσων νῦν τλάμων,

Μαγδ. Καὶ λοιπὸν ἀπίωμεν, ὦ φίλα κόρα.

1990 Σὲ γάρ ἐχουσα συνοδὸν χαίρω μέγα.

Αἱ δ' ὕπνον οὐ βάλλουσιν ὀμμάτων ἄπο.

Ἐγρεσθ', ἐγρεσθε, γυναῖκες· τί μέλετε;

Γοργωπὸν ἔδραν τῶν βλεφάρων λύσατε.

Οὐ λεύσετε' ἐς μὴνιδος, ἀγλαν παμφασῶ;

Verum quid hisce melius præmium postulabis?

1970 Dabit tamen tibi dona, quæ maximo in pretio

Sunt apud homines, valde ego novi,

Et beata deinceps eris, eo invento.

Magd. Ecce quod tua interest prospiciens curro.

Prior ex innuptis resurrectionem videam!

1975 Idque, pro mercede laborum, accipere exopto.

Cernis enim, cernis meam alacritatem.

Deip. Cave ne per tenebras custodibus incidas.

Magd. Istud cavebo, et pedes tacite movebo.

Verum id mihi feliciter cedat, et fruatur iis quæ desideras.

1980 Omnino enim desideras Filium tuum cito videre,

Quod et exoptans, abjecto periculi metu, curro.

Deip. I quam celerrime, mihi que ocuis eorum, quæ cupio,

Jucunda sis nuntia, ut voti sim compos.

Magd. Jussis tuis obtemperans abeo, cum enim mihi sis plurimi,

1985 In hac re non tibi deero, sed obsequar.

Deip. Quin et ego tibi subsequar, Maria;

Doleo enim, doleo post te remanere.

Hic autem ita subsistens, quomodo infelix nunc feram?

Magd. Abeamus igitur, o dilecta Virgo;

1322-1323 1990 Te enim sociam habens, plurimum gaudeo.

Istæ vero ex oculis somnum non excutiunt.

Surgite, surgite, mulieres; quid cessatis?

Trucem palpebrarum sedem solvite;

Non aspicietis in lunæ fulgorem, quæ tota lucet?

1969 Πῶν οὖν τί μείζον, etc. Sic ibid. vers. 481.
 Hecior a Dolone sciscitatur:

Τί ὄητα μείζον τῶνδ' ἐμ' ἀπτήσεις γέρας;

Quod igitur majus his a te petis munus?

1984 Ἐφέφομαι κἀγὼ δὲ σὺν, etc. Ita Reg. H. II, et petit metrum. Edit. ἐφέφομαι δὲ κἀγῳ. Idem opinatur auctor noster, quod et pariter Græci plures, alteram videlicet Mariam, quæ Magdalenæ comes astitit sepulcro, fuisse ipsam Deiparam, et sequentibus declarat. Vide infra vers. 2419.

1989 Φίλα κόρα. Dorice pro φίλη κόρη, quæ ipsa Maria; nec bene Roill. ut metro serviat, amicæ virgines.

1993 Γοργωπὸν ἔδραν, etc. Sic editi Basil. et Wechel. Par. autem γοργωπῶν, quod horrendum aspectu vertunt interpretes: legitur γοργωπῶν apud Eurip. *Rhes.* vers. 8, ubi chorus Hectorem a somno excitat:

Λύσον βλεφάρων γοργωπὸν ἔδραν.

Solve trucem sedem palpebrarum.

1994 Παμφασῶ. Quæ tota lucet: quippe luna erat pleno orbe, cum Christus passus est. Nec bene Roill. Nitorem qui micans est omnibus in lunæ nitore vos videbitis, quasi ipse Christus sit, παμφανῆς ἀγλα. Edit. παμφανῆ.

METRICA VERSIO.

Tibi reponat. Verum age, et quod grandius
 His postulabis munus? At dabit tamen
 Hæc dona primas quæ tenent facile, omnia
 Hæc inter homini quæ feruntur maxima.
 Non falsa dico, novi ego hæc, in posterum
 Quod est supremum munus, illud auferes.
Magd. Ecce id procurans, Virgo, quod tua interest,
 Curram. Puella sic resurgentem omnium
 Videbo prima: præmium hoc solum expeto
 Mei laboris. Videris jam, videris
 Quam pes citus sit ut capessam quod jubes.
Deip. At tu caveto, nocte ne lusa, incidas
 Mortuum in arma qui excubant ad mortuum.
Magd. Istud cavebo, tum gradum placide premam.
 Bene cedat utinam quod subeo, et id assequar
 Quod expetis. Id autem scio primum, expetis
 Natum videre quam citissimè: et idem ego

B Dum cupio, curro vel metu periculi
 Spretu imminentis. *Deip.* I cito, et mihi nuntia
 Fac expetite sis rei læta ocuis,
 Ut quidquid erit id assequar. *Magd.* Jussis tuis
 Obtemperavero lubens; nam cum mihi
 Sis plurimi, hac re non deero, quare obsequor.
Deip. Quin ego tibi me, Maria, dabo sociam viæ.
 Nam cor dolore dum gravi tota ulceror,
 Usque adeo sollicita manere qui feram
 Nunc misera tandem Virgo, ubi discesseris?
Magd. Quod restat, abeamus, o amicæ virgines;
 Te comite sola gaudeo supra modum.
 At hæc soporem non ab oculis eximunt,
 Surgite, quid istud est moræ, inquam, o femina?
 Surgite, oculorum palpebras resolvite.
 Non hunc nitorem qui micans est omnibus
 Lunæ in nitore vos videbitis? prope

1995 Ἄως πέλας, ἄως ἔδ' ἄστὴρ ἔγγυς,
 θέλγει δ' ἔδραν ὄμματος ἄδιστός γ' ὕπνος.
 Ἄδιστος, ἄδιστος γὰρ ἐν τοῖς βλεφάροις,
 Ἦδὺς ἔβα παχνομέναις ἐν καρδίαις.
 Χορ. Ἐγὼ μέλουσα καρδίᾳ παχνομένη,
 2000 Ἄγρυπνον ὄμμα πᾶσαν ἂν ὄρναν στρέφω
 Ἄμμες τάχει στείχωμεν, ὦ φίλα κόρα.
 Μαγδ. Σφοδρᾶ μελήσει καρδίας δεδηγμένης,
 Στείχωμεν ὄν τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας.
 Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι τὸν ὕπνον ὀμμάτων,
 2005 Ἥξουσιν ὡς τάχον ἠσύχῃ βάσει.
 Θεοτό. Ναί, ναί, τάχει στείχωμεν· εὐ δ' εἴη τυχεῖν.
 Πέποιθα πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν

A Ἄκτινα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρεν.
 Ἄπιμεν ὄν, ἀπιμεν· αἱ δὲ κατόπιν
 2010 Νῦν ὡσὶν ἡχὴν ἤρμα δεδεγμένα,
 Οἴμαι, πελείας ὠκύτηρ' οὐχ ἤσσονας.
 Ποδῶν δράμμοι συντόνοις δρομήμασιν.
 Αἴθις γὰρ ἀτίμητι βαδιστὴν δπα,
 Σαφῆ κελευσμένη, συντρέχειν πρὸς τὸν τάφον·
 2015 Ὅρθαι δ' ἰδοῦ γε· θαῦμα ἰδεῖν εὐκοσμίας
 Αἴ, αἴ!
 Τέκνον, ποθεινὸν ἡμᾶρ ἰδοῦ τὸ τρίτον,
 Τριταῖον ἤδη φέγγος, ἐλπὶς σοῖς φίλοις.
 Μὴ δὴ παρέλθοι, καὶ θανεῖν με συμφέρει.
 2020 ὦ Τέκνον, ὦ φιλάτων, ὦ θεῖον κάρα,

1995 Aurora prope est, proximus est lucifer,
 Et sedem oculorum suavissimus demulcet somnus.
 Suavissimus, suavissimus enim in palpebris,
 Suavis cordibus dolore constrictis subrepsit.
 Chor. Ego sollicita animo, quem mœror constringit.
 2000 Per totam noctem oculum pervigilem circumfero,
 Acceleremus cito gressum, o dilecta Virgo.
 Magd. Gravissimis curis exeso animo,
 Incedamus igitur quam celerrime versus tumulum.
 Istæ vero ex oculis somnum excutientes,
 2005 Brevi gressu quieto devenient.
 Deip. Sane, celerrime progrediamur : bene autem contingat.
 Confido omnibus diem liberam
 Radios solis accedentes allatuos.
 Abeamus igitur, abeamus : istæ vero retro
 2010 Nunc auribus vocem sensim accipientes,
 Columbibus, ut arbitror, non inferiores celeritate,
 Pedum concitatis cursibus current.
 Rursus enim emitto tenuem vocem,
 Claram cohortationem, ut ad tumulum simul properent ;
 2015 Verum ecce sunt erectæ ; eorum decor visu mirabilis.
 Ah, ah !
 Fili, ecce dies tertia, valde exoptanda,
 Jam tertia lux, quam tui expectant amici.
 Hæc spes non effluat, vel mori mihi expedit.
 2020 O Fili, o dilectissime, o divinum caput,

1996 θέλγει δ', etc. Ita semichorus *Rhesi* vers.
 351, etc. :
 θέλγει δ' ὄμματος ἔδραν
 Ὑπνος· ἄδιστος γὰρ ἔβα
 Βλεφάροισι πρὸς ἄους.
*Demulcet vero oculorum sedem
 Somnus ; dulcissimus enim is renit
 Palpebris circa auroram.*
 2004 Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι, etc. Ita fere *Bacch.*
 vers. 691 :
 Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων
 Ὑπνον.

*Hæc vero abstergentes humidum ab oculis
 Somnum.*
 2007 Πέποιθα πᾶσιν, etc. Ita supra vers. 1780
 et 1781, et *Rhes.* 991, etc.
 2010 Νῦν ὡσὶν ἡχὴν, etc. Ita fere *Bacch.* vers.
 1084, etc. :
 Αἱ δ' ὡσὶν ἡχὴν οὐ σαφῶς δεδεγμένα...
 Ἠἴξαν πελείας ὠκύτηρ' οὐχ ἤσσονας,
 Ποδῶν ἔχουσαι συντόνοις δρομήμασιν.
*Hæc vero non manifeste vocem auribus accipientes...
 Festinauerunt columbis non inferiores celeritate
 Pedum ruentes concitatis cursibus.*

METRICA VERSIO.

Aurora lucis nuntia est, prope lucifer :
 Demulcet interim tamen oculum sopor
 Dulcis : suavis ille, gratus palpebris
 Insedit, et subrepsit altius gravi, et
 Dolore magno lancinatis cordibus
 Chor. Sollicita corde turbido noctem integram
 Vigilem oculum huc et huc circumfero :
 Celeremus ocium gradum, o charissima
 Magd. Nos pectore exeso anxioque gravissimis
 Curis, eamus ad sepulcrum ocissime.
 Alia ubi somnum palpebris excusserint,
 Nos mox quietis consequentur passibus.
 Deip. Properemus omnes ocium, cursu assequi
 Percommodum erit : ego omnibus credo diem
 Hunc emicare, qui jubar clarum exerens

B Solis nitentis libera faciat omnia,
 Eamus ergo, eamus : illæ quæ viam
 Premunt sequentes pone, simul aliquantulum
 Exceperint vocem, celeritate, ut puto,
 Pares columbæ concito cursu pedum
 Current : et iterum voce summissa excito,
 Clare cohortans ut sepulcrum nos simul
 Omnes petamus. Sed video eas excitas,
 Stantesque. Papæ ! quam juvat pulchrum ordinem
 Hunc, et decorum conspiciere miraculum !
 He, he, he, he !
 Desiderate o Nate, tertius en dies,
 Lux spes amicis tertia est, non effluat,
 Vel tu me eidem commori simul jube.
 O Nate, mihi charum et sacrum imprimis caput,

Ἦρ' ἄρ' ἐγὼ σ', ἢ ποῦ σ' ἢ παντλήμων ἴδω ;
 Ὁ Τέκνον, εἶθε τάχος ἔλθοις μοι φάους!
 Ἐλθοις νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
 Ἰππῶν, ἴν' ἄδης χωρὶς ἔγκισται φάους,
 2025 Νῦν δ' εἶδε φῶς μέγιστον ἐν σῆ καθόδῳ.
 Ἐλθ', ἐλθὲ, φάνηθι, προλαβὼν τοῦς σέλας.
 Θεὸν, Θεὸν σ' ὀλύμπιον τὰ πάντ' ἔχει.

Μαγδ. "Α, ἄ!

Ἐνὰ; ἐρήμους τὰς γε φυλάκων ὀρῶ.
 2030 Θεοτό. Τί δῆτ' ἂν εἴη; μῶν λόγος βέβηκέ ποι,
 Ἰσας ἐφ' ἡμῖν μηχανὴν τεύχων τινά;
 Θρασύς γὰρ ὄχλος, νῦν δ' ἐπεὶ κρατεῖ θρασύς.
 Μαγδ. Τί δῆτ', ἀδελφή, δρῶμεν; οὐ γὰρ εὐρομεν
 ἢ; ἠλπίσαμεν, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.

A 2035 Θεοτό. Πείθου, πάλιν στελιχόμεν· εὐ δ' εἴη τυχεῖν
 Τὸν νεκρὸν αὐτὸν καρδιαίς ὠπλισμέναις!
 Σῶζει γὰρ αὐτὸν, ὅστις εὐφρόνως Θεῷ
 Ἄνατθησι· καὶ γε νῦν βροδιστέον.
 Ἄμμιν δὲ λίθον τίς ἄρ' ἀποκυλίσει;
 2040 Μαγδ. Ὅττοτοί!
 Ἄναξ ἔφθετε, τίς δ' ἐστὶν ὅδ' ὁ κλόνος;
 Πῶς δ' ἐκκυλισθεὶς ἀθρόον γ' ὤπτει λίθος;
 Κενὸς δ' ἐρᾶται καὶ τάφος τοῦ Δεσπότηου.
 Οὐκοῦν ἄπειμι, καὶ φίλοις μύστασι ἐρῶ
 2045 Ἄρσιν νέκυος, αὐ δ' ὑποστρέψω τάχει·
 Εὐροίμι δ' ὡδε σὺν γυναιξὶ σ' αὐ, κόρη.
 Θεοτό. Εὐγ', εὐγ', ἐπανήκας τάχιστα νῦν, φιλῆ·
 Ἐγὼ δὲ λίθον ἡρμένον βλέπουσα, ἔτι

Quando, et ubi te videro, misera?
 O Fili, utinam æque cito, ac lux advenias!
 Veni, defunctorum latebra et caliginis portis
 Relictis, ubi colitur infernus lucis expers,
 2025 Nunc autem in tuo descensu maximam vidit lucem.
 1324-1325 Veni, veni, appare, auroræ splendorem præveniens.
 Deum, Deum cæli te prædicant omnia.

Magd. Ah, ah!

Tumulum absque custodibus intueor.
 2030 Deip. Quid istud sit? num alicubi insedit cohors,
 Fortasse aliquem dolum adversum nos struens?
 Audax enim est populus, præsertim cum dominatur.
 Magd. Quid agemus, soror? neque enim invenimus
 Quemadmodum speravimus; spes nobis excidit.
 2035 Deip. Confide, iterum procedamus: faxis ut nos
 Ipsum mortuum animis præparatis inveniamus!
 Senet enim ipsum servat, quisquis Deo sapienter
 Se committit: et nunc incedendum nobis est.
 Sed quis lapidem nobis revolvat?
 2040 Magd. Hei, hei!
 Rex immortalis, quisnam est iste strepitus?
 Quomodo derepente visus est lapis revolutus?
 Vacuus autem Domini tumulus inspicitur.
 Abeo igitur, dilectisque discipulis dicam
 2045 Mortui raptum, et statim redibo;
 Teque, o virgo, cum mulieribus hic inveniam.
 Deip. Age, age, quam celerrime nunc redi, o amica;
 Ego autem lapidem revolutum cernens, adhuc

2025 Νεαρῶν κευθμῶνα, etc. Ita fere *Hecub.*
 vers. 1 et 2 Polydorus Hecubæ filius prologum in-
 chæat:

Ἦτοι νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
 Ἰππῶν, ἴν' ἄδης χωρὶς ἔγκισται θεῶν.

Veni defunctorum latebra et caliginis portis
Relictis, ubi Pluto in sedibus collocatus est secursum
 [a diis.]

2024 "Iv". Hic adverbium est. Ibid. *Hec.* vers. 2.
 2025 Ἐρ σῆ. Ita Reg. H. II. Edit. ἐν σῶ.
 2031 Τεύχων. Edit. στελιχων.
 2032 Θρασύς γὰρ, etc. *Audax, ferus, proca.*
 Non bene autem Roill. posuit *fidens*, quæ vox in
 meliorem partem solet accipi.
 2035 Εὐ δ' εἴη τυχεῖν. Ita supra vers. 2006.
 2036 Καρδιαίς ὠπλισμέναις. Ita supra vers.
 1808.

METRICA VERSIO.

Equando misera ego te, aut ubi videbo parens?
 O cæcæ, o Fili, tu mihi in lucem cito
 Venias, relictis mortuorum januis,
 Specuque, quam nunc lucis expertem colens
 Pluto micare luce vidit maxima,
 Primum ut subisti. Ades, ades, appare, et præi,
 Labor aureum auroræ, Deum quando te habent
 Omnia, Deum, inquam, cœlitus missum.
 Magd. Ah, ah, ah!
 Deserta cerno cubilia vigilum omnia.
 Deip. Hoc quid sit? anne aliquo abiit custodia?
 Excussit autem forte, nobis ut dolum
 Aliquem struat? Populus enim *fidens*, ubi
 Rebus potitur, redditur *fidens* magis,
 Magd. Quid factio opus, o soror? neque enim ita jam
 [accidit
 Es, ut volumus; cuique spes sua excidit.

B *Deip.* Confide, rursus longius firmo pede
 Pergamus. Utinam reperire inortuum
 Bene præparato pectore liceat! Deo
 Quicumque se committit, is sese optimo
 Custode servat: quin eundem protinus.
 Sed unde nobis qui sepulcri maximum
 Lapidem revolvat? *Magd.* Ah, ah! o rex et Deus
 Æterne, quænam hæc subita motio? aut lapis
 Qui tam repente de sepulcro volvitur?
 Quin et sepulcrum cernitur vacuum meo
 Domino. Abeo jam, et nuntio charissimo
 Apostolorum cœtui, sublatio
 Quæ facta Domini; mox revertar, et grege
 Cum sæminarum hic, virgo, te jam invenero.
Deip. Bene, bene, sane quam celerrime redi,
 Amica: ego autem devolutum sic videns
 Lapidem, etiamnum stupeo inhorrescens, et id

Θαμβουμένη πέφρικα. Πῶς ὦδ' ἄθρόον
 2050 Ὄφθη κυλισθεὶς τῆς θύρας πρὶν τοῦ τάφου ;
 Ἄ. Ἄ! σίγα, σίγα.
 Ὁ λαμπροπυρσόμορφος οὗτος τίς ὄρα,
 Ὅς καθύπερθεν ἔξεται νῦν τοῦ λίθου,
 Πανευπερητής, ἐσθῆτι λευκῇ χαριείς ;
 2055 Στῶλει γάρ, ὥσπερ ἀπαλὴ χιὼν νέα.
 Ἴδου δὲ καὶ φύλακες, ὡς νεκροὶ, κάτω.
 Ἄγγ. Ὑμεῖς δὲ, μὴ θροεῖσθε, μὴδ' ἔστω φόδος ·
 Ζητούμενος γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ,
 Ἄναξ Ἰησοῦς τῆτες ἐσταυρωμένους.
 2060 Ὁδ' οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ νεκρὸς μένων,
 Ἄλλ' ἐξεγερθεὶς εἰς Γαλιλαίαν πρέχει,
 Ὅς εἶπε, μύσταῖς ὀπτανέσθαι πῶς θέλων.
 Κενὸν δ' ἰοῦσαι τὸν τόπον κατίδετε.

A Ἄπιτε γοῦν, ἄπιτε, καὶ ταῦτα σφίσειν
 2065 Εἶπατε τρανώς · πάντα γὰρ ἔγωγ' ἔφην,
 Καὶ παντάπασιν εἶπατε ξὺν τῷ Πέτρῳ ·
 Ὅς φροῦδος ἄδης, Χριστὸς ἀνέστη τάφου,
 Τάφου δὲ λίθος εὐσθενῶς ἀπληθή ·
 Φρουροὶ τ' αἰδος θύρατρ' ἀνεῖσαν φόδῳ
 2070 Λελυμένοι, νεκροὶ δὲ πρὸς φάους χθόνα
 Σχιρτώσι, σώκον ἐκκαλοῦμενοι θεόν ·
 Τῷ δ' αὐτόματα δεσμὰ πάντ' ἐπεβράγη.
 Θεοτό. Ὁ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τότε
 Πέφθακεν, ὡς ἤλιπστο, τέρμα φροντίδων.
 2075 Πέπτωκεν ἐχθρὸς, Χριστὸς δ' ἀνέστη τάφου.
 Ἦους παρουσίας τίς ποτ' ἀρ' ἴδυτέρα ;
 Τί δ' ἂν ἐμοὶ γένοιτο χαριέστερον ;
 Πῆ γοῦν τὸν ζῆδην καβδαλῶν βαίνεις, Τέκνον ;

Stupore horresco. Quomodo autem confestim
 2050 Visus est revolutus ab ostio prius quod erat sepulcri?
 Ah, ah! sile, sile.
 Verum quis est ille cujus facies rutilo splendorē coruscant,
 Qui nunc supra lapidem sedet,
 Totus decorus, alba veste gratiosus?
 2055 Fulget enim, ut nix recens et tenera.
 Ecce autem custodes tanquam mortui jacent.
 Angelus. Vos, ne pavete, procul animis sit timor ;
 Quem enim quaeritis, iam non est in sepulcro,
 Rex Jesus modo crucifixus.
 2060 Ille iam non est in monumento exanimis,
 Sed exsuscitatus in Galilæam se confert,
 Ut dixit, discipulis suis se volens manifestare.
 Euntes autem tumulum vacuum inspicite.
 Ite igitur, ite et hæc ipsis
 1326-1327 2065 Aperte dicite ; omnia enim vobis dixi,
 Et discipulis omnibus dicite cum Petro,
 Quomodo evanuit infernus, Christus e sepulcro surrexit,
 Lapisque monumenti valde remotus fuit ;
 Custodesque inferorum januas reliquerunt metu
 2070 Soluti, et mortui lucis ad terram
 Saliunt, Deum salvatorem invocantes :
 Ipsi autem vincula sua sponte confracta sunt.
 Deip. O pulchram lucem spargens solis jubar istud
 Jam devenit, ut fuit spes nostra, curarum finis.
 2075 Concidit hostis, Christus autem e monumento surrexit.
 Hac aurora quæ fuit unquam jucundior ?
 Quid mihi unquam foret gratius ?
 Quo igitur vadis, o Fili, conculcato inferno ?

2066 *Ἐν τῷ Πέτρῳ.* Non bene Roill. *primo loco,*
Petro. In prima illa angeli apparitione, de qua
 Matth. xxviii, vers. 7, nulla occurrit Petri mentio :
 lapsus proinde memoria videtur auctor noster.

2073 Ὁ καλλιφεγγής, etc. Ipsismet verbis et
 sensu diverso Menelaus *Troad.* vers. 860 salutem
 diem, qua Helenam suam uxorem se capturum
 sperat.

METRICA VERSIO.

Mirror, repente qui sepulcri ab ostio
 Sic sit revolutus. At sile, mea tu, sile.
 Quem credis hunc cui forma fulget splendida
 Ut ignis, et qui nunc super lapidem sedet
 Totus decorus veste pulcher candida ?
 Nivem recentem et candidam suo refert
 Candore : et ecce qui excubant omnes humi
 Fusi huc et illuc, mortui tanquam, jacent.
 Ang. Vos ne pavete, sit procul animis timor.
 Nam quem petitis, hoc in sepulcro nullus est.
 Jesus ille rex, cruci modo qui datus,
 Non in hac urna clauditur jam mortuus,
 Verum resurgens ille Galilæam petit,
 Ut præmonuit olim, suis eo in loco
 Videndus item luce clara apostolis
 Accedite, et vacuum sepulcrum cernite.
 Abite igitur, abite, et ipsis dicite

B Cuncta hæc aperte, quæ ipse vobis nuntio :
 Vos dicite, inquam, hæc omnibus, primo loco
 Petro, subactum tartarum, Christum exitum
 Suo ex sepulcro, tum revulsum ab ostio
 Magno impetu saxum, inferorum principes
 Metu solutos, jam relicti ostiis
 Cessasse, at umbras lucis ad terram alacres
 Salire, quæ nunc et potentem et maximum
 Deum canentes prædicant, cujus cruce
 Manuque fracta sponte vincula omnia.
 Deip. O lucidum hoc solis jubar, nunc jam, ut fuit
 Spes nostra, curis omnibus finis datus.
 Mactatus hostis cecidit, e tumulo caput
 Christus triumphans et resurgens extulit.
 Et quæ die ista lætior fuit dies ?
 Quid evenire gratius possit mihi ?
 Quoniam ergo, Fili, sic subactis inferis

Πῆ, πῆ δ' ἐγώ σε, καὶ πότ' ἂν ἴδω, Τέκνον;
 2080 Ἐλθ', ἐλθέ, καὶ φάνηθι σῆ μητρὶ τάχει.
 Μαγδ. Ὅψαι γε θάττον, ὡς ἐγ' ἴμαι, πλειόνων.
 Ἄλλ' ἀπίωμεν, ὡς ὁ λευκίμων ἔφη,
 Μύσταις φίλοις ἅπασι χάριμα μνηύσαι.
 Πρῶτον δ' ἀπειμι πρὸς Πέτρον καὶ παρθένον,
 2085 Εὐάγγελον φέρουσα βάζιν τοῖς φίλοις.
 Ὅ γὰρ φανείς εἰρηκεν εἰπεῖν καὶ Πέτρω.
 Ἄπειμι γούν κένωσιν εἰπεῖν τοῦ τάφου.
 Καὶ τὴν ἔρασιν τοῦ φανέντος καὶ λόγουσ.
 Ἦῦτοι δ' ὅμως ἔδραμον ἰδεῖν τὸν τάφον,
 2090 Οἶμαι δὲ πάντα σφᾶς θεωρησαὶ καλῶς.
 Ἄλλ' ὦ! τίν' ἀθρῶ, Δεσπότην καινῆ θεά;
 Θεοτό. Οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς· εἰκάσαι γε μὴν πάρα,
 Μορφῆ γὰρ οὔτι φαῦλον εἰσφανεῖν τινα.

A Χριστ. Χαίρετε.

2095 Θεοτό. Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ Πατ', βασιλεῦ παντ-
 [ἀναξ,

Ἐσχάτον ἐχθρὸν συγκατασκάψας πότμω.
 Ἄναξ, ἀναξ ἀφθιτε, σὺ, Θεὸς υἱέας,
 Ποδῶν δὲ σῶν ἄμμιν ὁδὸς ἀψαθθαί φόδω.
 Τοὺς γὰρ ἐπ' οὐδας νῦν κυνοῦσαι πίτνομεν,
 2100 Καταπλαγεῖσαι τῇ χαρᾷ καὶ τῷ φόδω.
 Χριστ. Μὴ δὴ φοβεῖσθε, μηδ' ὕμιν ἔστω φόβος.
 Ἄπιτε δ', ἀγγεῖλατ' ἀδελφοί μου τάχει
 Ἐς Γαλιλαίαν ἀφικέσθαι, καὶ μέ πως
 Ἐκεῖσε κατῆδωσιν, ὡς ἔφην σφίσιν.
 2105 Θεοτό. Ὡ φαιδρότης ἀρῆρητος ἡλίου βολῆς,
 Ὡς ἀνέτειλε χαρίεσσα νῦν ἔως!

Ubi, et quando te ego, Fili, intuebor?

2080 Veni, veni, et cito tuæ matri te ostende.

Magd. Citius quam cæteræ, ut puto, videbis.

Verum abeamus, ut dixit vestibis albis indutus,

Et dilectis omnibus discipulis gaudium denuntiemus.

Primo ad Petrum et Joannem pergo,

2085 Amicis lætum ferens nuntium.

Qui enim apparuit id Petro indicari monuit.

Aleo igitur, vacuumque sepulcrum dicam,

Et illius qui apparuit visionem et sermones:

Ipsi tamen et cucurrerunt ad videndum monumentum,

2090 Et existimo ipsos accurate omnia inspexisse.

Verum quem intueor, Dominum sub nova forma?

Deip. Haud plane scio: licet tamen conjicere:

Forina enim indicat non vilem et nullius pretii aliquid esse.

Christ. Salvete.

2095 Deip. Salve, tu optime optimi Fili, rex omnium rex,

Qui ultimum hostem tua morte una evertisti.

Rex, rex immortalis, tu, Deus supreme,

Tuos pedes cum tremore amplecti nobis tribue.

Ecce enim nos humi prosternimus, ipsos osculaturæ,

2100 Gaudio simul et terrore percussæ.

1328-1329 Christ. Nolite timere, nullusque vobis sit metus.

Ite, et cito fratribus meis annuntiate,

Ut in Galiliam proficiscantur, et in eo quodam modo

Ibi videant, sicut dixi illis.

2105 Deip. O splendor ineffabilis solis radii,

Quam jucunda nunc illuxit adora!

2079 Πῆ, πῆ δ' ἐγώ, etc. Ita supra vers. 2024.

2084 Παρθένω. Virginem, id est, Joannem, qui virgo erat et Christo virgini peculiariter charus inter discipulos.

2093 Εἰσφασίν. Sic legendum. Editi ἐσβαλίν, ἄλλο εἰσφαλεῖν.

2095 Χαῖρ', ἐσθλός. Rhesus vers. 589, sic Hectorem alloquitur:

Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ πατ', τύραννε τῆσδε γῆς.

Salve, boni patris fili, domine hujus terræ.

2096 Ἐσχάτον ἐχθρὸν, etc. Quasi diceret, qui mortem morte peremisti. Mors enim est ἔσχατος ἐχθρός, juxta illud Apost. ἔσχατος ἐχθρός καταργεῖται, novissima autem inimica destruitur. Maie distinguit Roill. Cum perduto hoste mortem et una perdere.

2101 Μὴ δὴ φοβεῖσθε, etc. Ita fere supra vers. 2057.

METRICA VERSIO.

Contendis? ubi te, Nate, ubi, et quo tempore

Videbo? ades, ades, et mora posita tuæ

Offæ parentis te videndum aspectui.

Magd. Citius videbis, ut puto, quam cæteræ.

Sed veste amictus candida ut monuit, viam

Carpamus, hoc ut gaudium ingens omnibus

Denuntiemus apostolis charissimis.

Aleo itaque hinc primo loco ad Petrum, atque cum

Juvenem, pudore qui suo notissimus,

Lætum ferens illis amicis nuntium.

Nam et ipse nobis qui modo hic apparuit,

Id indicari jussit et Petro. Ocuis

Aleo igitur, ut et corpore vacuum locum

Dicam sepulcri, et candida visum angelum

In veste, et ejus verba. Jamque illi tamen

Secæ ad sepulcrum conspicandum concito

Cursu iuverunt: credo ego illos omnia

Lustrasse pulchre. Sed, rogo, quem conspicio

B Dominumne forma mihi nova? Deip. Haud plane

Conjicere tamen istud licet. Namque haudquaquam

Accedere aliquid nullius pretii virum

Vilemque, vel formæ ipsa vultusque indicat.

Chr. Salvete. Deip. Salve tu, optime o Fili optimæ.

Rex omnium rector supreme, cui datum

Cum perduto hoste mortem et una perdere

Sincere rex, rex integer, Deus potens

Permitte saltem ut cum metu pedes tuos

Tractemus: ecce enim simul procumbimus.

Et gaudio attonitæ, et metu, ad pedum oscula.

Chr. Ponite timorem, nihil et expavescite.

Quin potius ito, nuntiate fratribus

Meis, ut in Galiliam iter sectant, ibi,

Ut ante dixi, poscæ me viderint.

Deip. O splendor alme solis, et fulgens decor,

Quam grata nunc aurora diluxit mihi!

Ἦ λαμπρότης ἀφατος αὐγῆς ἀκτίνων,
 Ἦ χάσμα παγκόσμιον, ὦ θυμηδία,
 Ἦ τέρψις εὐφρόσυνος, ὦ γῆθος μέγα,
 2110 Πῶς ἂν τις εἴπῃ, πῶς ἀπαγγελῆ λόγῳ
 Ἐμῆς ἀγαλλιάματα νῦν καρδίας;
 Ἄλλ' ἀπίωμεν, ὡς ὁ Δεσπότης ἔφρ.
Magd. Ἐγγὺς ἰδοῦ, Δέσποινα, φίλαι σοι κόραι,
 Ἄλλαι τε πᾶσαι Γαλιλαίας θρεμμάτων·
 2115 Πρὸς τὸν τάφον τρέχουσι μυρίαι νέκυιν,
 Τὴν ἐξέγερσιν ἀγνοοῦσαι τοῦδ' ἔτι·
 Οὐκοῦν σὺν αὐταῖς βῶμεν αὐθις ἐς τάφον.
 Οὐ γὰρ κόρος τίς ἐστι θαυμαστὰ βλέπειν.
 Ἦ γὰρ ποθοῦσα καρδία πάντ' εἰδέναι,
 2120 Ἐν τοῖς ἀγῆτοῖς λίχνος γ' οὐσ' ἀλίσκεται,
 Ἄθρεῖν τε ταῦτα συχνάκις λιχνεύεται.

A Ἄλλ' ὦ! τίς ἐστὶν εὐπρεπῆς νεανίας,
 Ὃς λευκοχίτων δεξιὸς ἔχει τάφου;
 Θάμβος μ' ἔχει βλέπουσαν ἀστραπῆν θιάζ.
 2125 *Near.* Μὴ δὴ θροεῖσθε, μὴδ' ὄμιν ἔστω φόβος.
 Τὸν Ναζαρητὸν, οἶδ', Ἰησοῦν, ὦ κόραι,
 Ζητεῖθ', ὅδ' οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ μένων,
 Ἄλλ' ἐξανέστη, καὶ κενὸς τόπος μένει·
 Ἄπιτε γοῦν, εἶπατε μύσταις καὶ Πέτρῳ,
 2130 Ἐς Γαλιλαίαν σφίβιν ὀρθῆναι τάχει.
Magd. Ἐγὼ τρέμουσα, καὶ φόβῳ κρατουμένη,
 Πρὸς τὸν Πέτρον νῦν εἶμι καὶ λοιποῖς φίλους,
 Εὐάγγελον φέρουσα βάζιν καὶ πάλιν.
 Ὅ γὰρ φανεῖς εἰρχεν εἰπεῖν καὶ Πέτρῳ.
 2135 *Hui.* Ἀμμές δὲ θάμβει καταπλαγεῖσαι, φίλαι
 Ἐκστασιν ἐκστασαί τε τῇ καινῇ θέῃ,

O inenarrabilis splendor radiorum fulgoris,
 O gaudium universi mundi, o lætitia,
 O suavissima voluptas, o exultatio maxima,
 2110 Quomodo quis dicat, quomodo verbis nunc annuntiet
 Animi mei jubilationes?
 Verum abeamus, ut dixit Dominus.
Magd. Ecce proximæ, Domina, dilectæ tibi puellæ,
 Omnesque aliæ e Galilæa ortæ;
 2115 Ad monumentum currunt, ut mortuum condiant,
 Ipsum esse redivivum adhuc nescientes,
 Et cum ipsis igitur ad tumulum redeamus.
 Nulla quippe satiety prodigia intueri.
 Animus enim avens omnia scire,
 2120 In rebus mirabilibus etiam avidus deprehenditur,
 Eademque sæpius inspicere gestit.
 Verum quisnam est decorus juvenis,
 Qui alba veste indutus sedet ad dexteram sepulcri?
 Exterreor enim videns aspectus fulgorem.
 2125 *Adol.* Ne quid expavescite, procul sit omnis timor.
 Jesum Nazarenum, scio, puellæ,
 Quæritis; hic autem jam non est in monumento,
 At surrexit, et vacuus remanet locus.
 Ite igitur, dicite discipulis et Petro,
 2130 Cito in Galilæa obvium ipsis se daturam.
Magd. Ego tremens et metu subacta,
 Ad Petrum nunc eo et reliquos discipulos,
 Iterum felicem ferens nuntium:
 Qui enim apparuit, jussit dicere et Petro.
 2135 *Semi.* Nos stupore percussæ, dilectæ,
 Et de mentis statu dejectæ ob novum spectaculum,

2114 Ἄλλαι τε πᾶσαι. Ita supra vers. 1957.
 2125 Μὴ δὴ θροεῖσθε. Ita pariter legitur supra
 vers. 2057 et 2101.
 2132 Καὶ λοιποῖς φίλους, etc. Non bene Roill.

cæteros huic, scilicet Petro, amicos.
 2133 Εὐάγγελον φέρουσα, etc. Ita pariter legi-
 tur supra vers. 2085.

METRICA VERSIO.

O, o stupendum splendidæ lucis diem,
 O orbis ingens gaudium, o suavissimam
 Lætiamque cunctis hanc voluptatem, modo
 Quis possit ullo dicere, aut verba assequi,
 Perfusa quo mens gaudio mea exsilit?
 Sed nos, ut ipse Dominus edixit, pedem
 Hinc efferamus. *Magd.* En tibi charissimæ
 Adsunt, o Domina, virgines quam plurimæ,
 Aliæque Galilææ puellæ, quæ cito
 Gradu ad sepulcrum se ferunt, ut mortuum,
 Quem morte victa non adhuc intelligunt
 Esse excitatum, corpus ungant: nos simul
 Coinites eamus ad sepulcrum denuo.
 Nam nulla nobis satiety possit dari
 Illis videndis, adeo quæ mira et nova
 Nunc contigere, et animus omnia expetens
 Novissæ, lotus his datus quæ prodiga
 Natura profert mira cum luxu, frequens

B Spectare gaudet. At, at, o quisnam hic, candida
 Qui veste amictus, ore formoso, puer
 Dextrum sepulcri condens cornu occupat?
 Stupore tota exhorreo vultum videns
 Fulgore nitidum. *Adol.* Ne quid expavescite,
 Procul omnis absit terror. Hoc enim scio:
 Vos, o puellæ, Nazarenum quæritis
 Illum, illum Jesum; sed sepulcri se exserens
 E mole surrexit: locum ecce cernite
 Vacuum. Ergo abite, et nuntiate apostolis
 Petroque, Galilææ illum in oris se obvium
 Ipsi daturum. *Magd.* Contremiscens, ac metu
 Correpta, Petrum nunc adeo, et hinc cæteros
 Huic amicos, jam secundo deferens
 Lætum quod ipsa nunc habeo mihi nuntium.
 Nam qui ante paulo apparuit, jussit quoque
 Petro indicari. *Semi.* Nos stupore territæ,
 Animisque consternatæ, amicæ, ob insolens

Φεύγωμεν ὡς τάχιστα μνημείου ὄραμι.
 Σιγῇ φέρουσαι πᾶν θραμ', ἀκουσμά τε,
 Καὶ μηδὲν ἐκφέρωμεν ὡς πρὸς μηδένα.
 2140 Μνεῖαν ἔχουσαι τῶν λογοπράτου δόλων
 φοβούμεναι τε τῶν βρόχων τὴν ἀγρόνην.
 Νεκροπρεπὲς ὡς μνήμα τῶν αὐτοῦ τρόπων,
 Τὸ μυστικὸν παίζαντες ἐχθρῶν ἐς μέσον.
 Φύγωμεν, ἐξέλθωμεν ἐκ μνεῖων κάτω,
 2145 Καὶ δυσμενέσσι μηδὲν ἐξεγυωσμένον
 ἔποικμεν ἀμμες, πλὴν φίλοις μύσταις μόνων -
 Κακὸν γὰρ οὐδὲν οὐδενί· ξυνὸν δέ τε
 πρὸς πανάληθες ἀγαθῶν ἀγγελμάτων·
 Καὶ ψεῦδος οὐδὲν· ψεῦδος δ' ἄμμιν οὐ φίλον,

A 2150 Νεκροφρόνων φρόνημα φυγούσαις καλῶς,
 Καὶ παγκάλην ἔκστασιν ἔκστασαις φρόβω,
 Ἦ πᾶς κακίας ἐκκλίνει θεοφρόνως.
 Τοιοῦτον οὐδὲν οὐδενὶ φράζειν θέμις
 Ταῖς ἐξιούσαις, ὡς ἔφην, τῶν μνημάτων,
 2155 Μηδ' ἐμπερούσαις μνημόβουνον εἰσέτι
 Νεκροπρεποῦς τρόπου γε τοῦ ζῶντος πέρι,
 Ἰσχημέναις φρόβω τε καὶ πολλῷ τρόμῳ
 Ἐπιδλέποντος πρὸς τρέμοντ' αὐτοῦ λόγους.
 Οὕτως φύγοιμεν ἀπὸ μνημείου, κόραι,
 2160 Ὡς μηδὲν εἰπεῖν μηδενὶ ξενοτρόπως.
 Κακοῦ γὰρ ὑπόστασις οὐκ ἔνεστί πως·
 Ὅθεν τὸ κακὸν οὐδὲν εἶναι μανθάνω,

Celeri cursu a monumento fugiamus,
 Quidquid vidimus aut audivimus, silentio tegentes,
 Nec cuiquam vel minimum referamus,
 1330-1331 2140 Verbi venditoris dolos reminiscentes,
 Et laqueorum suffocationem reformidantes,
 Ejus animi, ex demortui ratione, monumentum,
 Qui, quod arcanum erat ac mysticum, ad ludibrium exposuit in medio hostium.
 Fugiamus, egrediamur ex inferiori sepulcro,
 2145 Neque eorum, quæ expiscatæ sumus, quid hostibus
 Dicamus, nisi tantummodo dilectis discipulis:
 Nullum enim cuiquam malum; sed aliquid commune
 Ad veritatem nuntii lætissimi:
 Et nullum mendacium; mendacium vero nobis displicet
 2150 Eos fugientibus, qui apparitionibus mortuorum sunt nimium creduli.
 Optimamque mentis perturbationem a metu excipientibus,
 Quo quilibet malum impulsu divino devitat.
 Nihil ejusmodi cuiquam loqui fas est
 Nobis egressis, ut dixi, e monumento,
 2155 Neque adhuc monumentum deferentibus.
 De mortui aut viventis conditione,
 Compressis metu, et plurimo illius tremore
 Qui respicit ad eum qui ipsius tremit sermones.
 Sic effugiamus a monumento, puellæ,
 2160 Ut nihil cuiquam mirabiliter dicamus.
 Mali enim nulla est quodam modo subsistentia:
 Unde malum nihil esse edisco,

2142 Τῶν αὐτοῦ τρόπων, etc. Ejus animi, etc.
 Ita intelligit Combesius. Sanctæ etenim mulieres
 veritæ scelus perdidit Judæ, qui, quod arcanum erat,
 nefande prodidit, Christi resurrectionem non nisi
 discipulis ejus nuntiandam, periculum esse, si aliis
 nuntiaretur, existimabant.

2144 Ἐξέλθωμεν ἐκ μνεῖων κάτω. Ita legit Com-
 besius. Editi ἐνωῶν, quod nullum exhibit sen-
 sium: sic infra vers. 2154. ταῖς ἐξιούσαις, ὡς ἔφην,
 τῶν μνημάτων. Totus hic locus valde intricatus
 est, nec planiora sunt quæ sequuntur.

2148 Πρὸς πανάληθες, etc. Nisi hæc de solis
 discipulis intelligantur, sequentia non conveniunt.
 Nec enim hostibus efferunt boni vel mali quid-
 quam. Tanto verborum circuitu et ambagibus nihil
 aliud mihi videtur significari, nisi bonum istud
 nuntium solis Christi amantibus, hostium nulli
 revelandum; hostibus enim non nisi mala, aut
 potius nulla esse nuntianda.

2150 Νεκροφρόνων, etc. Vel mortuum adhuc Chri-
 stum jacere credentes.

2158 Πρὸς τρέμοντ', etc. Editi προστρέμοντ'.

METRICA VERSIO.

Spectaculum, cursu cito nos ocius
 Hoc a sepulcro distrahamus, quidquid est
 Et visum, et auditum tegentes, nec viro
 Effutientes cuiquam, alto pectore
 Dolos prementes illius qui vendidit
 Verbum, et timentes gutture eliso exitum,
 Dignum sepulcrum perditæ vitæ, cadens
 Hoc mortuum ornat, qui sacras res hostium
 Exposuit ad ludibrium in medio; fugam
 Capiamus hinc jam, et ista pellamus procul;
 Properemus, hosti nil penitus horum omnium
 Quæ nota nobis detegentes, sed gregi
 Apostolorum; nullum enim cuiquam malum
 Privatam, at aliquod forte commune est tamen
 Ad veritatem nuntii lætissimi
 Veri atque amici. Nullum hic est mendacium,
 Quando illud omnes odimus, animum vena

B Exutæ eorum vana qui et mortalia
 Sapiunt. Stupore concitæ, pulchro et metu,
 Quo cum Deo ipso pectus armatum gerens
 Prudentia, omne defugit vitium et scelus.
 Efferre tale cuiquam nos nunc nefas,
 Ut ipsa dixi, dum sepulcrum linquimus;
 Nefas et his efferre quoque, qui mortuos
 Modo quo oportet pectore excipiunt suo,
 Grati bene et memores: sed ejus gratia,
 Qui vivit et cuncta aspicit, multo metu
 Tremoreque affectas pavere ad omnia
 Quæ dixit ipse. Proinde nos, o virgines,
 Hoc a sepulcro submoventes nos fuga,
 Nil insolenter dixerimus cuiquam,
 Nullo modo hic ut insit aliqua vis mali;
 Unde et malum esse disco nullum, non ta-
 [men

καὶ τὰς γὰρ ψυχὰς ῥυπαρὰς ἕως ἄστρου.
 Πρὸς ἡσπέρην, γὰρ ῥυπαρὴν τὴν ἑσπέραν;
 2165 *Naut.* καὶ τὴν ἡσπέρην, ἡσπέρην.
 Ὡς ἡμέρα νύξ, καὶ πόλις πόλις γὰρ
 Ὡς ἀλλοτρεῖται ἡμέρα ἀπὸ τῆς νύκτος.
 Ἄλλ' ἀπώμας ἔστημι ἐς ῥυπαρὰς ψυχὰς.
 Εὐαγγελιστὴν γάρ μοι ἠρῶσαι φέροις.
 2170 Ἄλλ' ἔτι τίς ἀπὸ νύκτος ἔρχεται ἔσθλα;
 Ἄγγ. Δέσποινά, μήτηρ Παύλου, οὐκ οἶδάς.
 Ἄλλ' ἄρα γυνὴ ἐκείνη ἐκκακῆν ποιεῖ.
 Θεοῦ. Τὴν σπαργάνου τὴν ἀρκὸς εἶ; καὶ εὐαγγελιστὴν;
 Ἄρβιωτας ἀρκὸς, καὶ π γυνώσκω τὴν ἀρκὸς.
 2175 Ἄγγ. Εἶπες αἶ μου, καὶ σπαργάνου σα Τέκνον,
 Γυνὴ θαυμασίω ἀγαθῆς φρονεῖς γάρ μοι.

Α Θεοῦ. Νόστον τὴν ἑσπέρην; τίς ἀρκὸς φέροις.
 Ἄγγ. Δέσποινά, γάρ μοι οὐκ οἶδάς σα φέροις ἄρκον,
 Πάτερ γὰρ γάρ μοι οὐκ οἶδάς τὴν φέροις.
 2180 Καλλίωτον οὐκ οἶδάς οὐκ ἀποπροσφύγειν φέροις.
 Ἄλλ' οὐκ οἶδάς φέροις σα φέροις, καὶ οὐκ οἶδάς ἄρκον
 Οὐκ οἶδάς τὴν φέροις φέροις σα φέροις.
 Θεοῦ. Γυνὴ φανέρη; εἶπες ἑσπέρην φέροις;
 Ἄγγ. Εἶπες, ἄρκον με ὡς οὐκ οἶδάς π' ἑσπέρην φέροις.
 2185 Ἦλθε, καὶ πύραυλον, ὡς αἶψα φέροις
 Κἴν γὰρ τὴν φέροις ἑσπέρην φέροις.
 Τέκνον; ἔρχομαι γὰρ ἑσπέρην εὐαγγελιστὴν.
 Θεοῦ. Ἄρβιωτας πῶς φέροις; πῶς ἄρκον; οὐκ οἶδάς φέροις;
 Ἄγγ. εἶπε, πῶς φέροις; πῶς ἄρκον; οὐκ οἶδάς φέροις;
 2190 Τίς ἔστι ἡ φέροις φέροις φέροις φέροις φέροις.

Et huic nihil arcani fas est loqui.
 Eoquis enim hosti deteget arcanum?
 2165 Homo autem inimicus videtur pugnare,
 Ut nox diei, et iterum tenebræ luci.
 Sic apponitur mendacium vero sermone.
 Verum celeriter ad apostolos eamus,
 Ut amicis boni nuntii gaudium deferamus.
 2170 Sed quem huc noctu properantem video?
Naut. Domina, mater Filii, qualem nunquam
 Audivi ullam mulierem peperisse.
Deip. Quis amicorum es tu? per noctem
 Caligant oculorum radii, neque te plane agnosco.
 2175 *Naut.* Sum amicus semper tibi, et occiso tuo Filio,
 Oh miracula quæ edidit, et optimum ipsius animum.
1332-1333 *Deip.* Novine aliquid astantias? quid? cito loquere.
Naut. Salve, Domina; hoc tibi primum dico,
 Gaude gestiens; sermonis hoc proœmium est:
 2180 Nullus homo novit dignius compellare,
 Sed nihil minus tibi affero. venerandos sermones.
 Consonum enim huic proœmio tibi nuntium porto.
Deip. Nuntiabisne mihi Filium ex inferis modo reducem?
Naut. Nosti, hoc sermone me duplo leviozem reddidisti:
 2185 Surrexit, et adest, ut rumor serpit,
 Et inferos fugiens super terram graditur.
 Talia enim tibi nuntiare venio.
Deip. Nos equidem id scimus; sed unde tu nosti?
 Age, dic, quomodo ais? quomodo dicis? quomodo nosti?
 2190 Quale evidens hujusce rei affers indicium?

2174 Ἀμβλώπεις, etc. Sic Reg. Med. Edit. ἀλώ-
 πεις. Ita fere *Rhes.* vers. 756, etc., chorus aurigau
Rhesi interrogat iisdem verbis.
 2180 *Κάλλιωτον.* Ita Reg. quam unam veram le-
 ctionem censet Combefisius, qua admissa, vox illa
 ad delenda erit; alioquin syllaba una longior esset
 versus.

2182 *Οἶον*, pro *ὀμοίον*. Videtur alludere ad *Htu-*
Isaie LXVI, vers. 2: *Ad quem respiciam, nisi ad*
pasperculum, et contritum spiritu et tremantem ser-
mones meos? Verum intricata nimium et obscura
 est littera; neque satis expressit Roill.
 2184 *Τόσσο*. Reg. Med. τόσου.
 2185 *Αἶψα*. Reg. Med. ἔπει.

METRICA VERSIO.

Arcana fas est sacra temere prodere.
 Nam quis suo hosti proferet quod abditum est?
 Honesta pugnant turpibus sæpè, dies
 Ut nocti, et ipsa lux tenebris, vanitas
 Et veritati. Verum eamus ocuis
 Ad apostolos, ipsis amicis nuntio
 Ut ingeramus gaudium lætissimo.
 At, at, quis hic est nocte quem cerno gradum
 Recta huc forentem? *Naut.* O Domina, mater Filii,
 Qualem ulla nunquam mulier enixa est parens.
Deip. Tunc aliquis ex nostro grege es nocte ambu-
 [laus?
 Nam visus infirmus mihi, nec te optime
 Agnosco. *Naut.* Amicus et tibi, et tuo modo
 Qui cersus est Nato, integram atque innoxiam
 Ib vitam, et illa quæ edidit miracula.

B *Deip.* Ecquid novi affers? quid? loquere ceterri-
 [me.
Naut. Hoc dico primum nunc tibi; læta exsili.
 O Domina, gaude gestiens, proœmium
 Sermonis hoc est: nemo te mortalium
 Compellat alio dignius, nam nuntius
 Adsum, stupenda miraquæ omnia afferens.
Deip. Nempe reducem Natum nigra ex Ditis domo
 Mibi nuntiabis? *Naut.* Nosti, et hoc levaveris
 Sermone nuntium. Tuus venit, tuus
 Ut fama constans, Filius præsto; inferi
 Specu relicta, figit in terris pedem:
 Hæc ipsa propter venio tantum nuntius.
Deip. Nos scimus hoc quidem; sed unde tu id trines?
 Agedum loquere, quid dicis? aut quonam modo
 Id scis? quid hujus ad fidem certam dabis?

Ἄγγ. Στρατὸς φυλάκων πᾶσαν ἂν ἕρψαν μένων, Ἄ
 Καὶ τάφον ἀθρῶν ἀσφαλεῖ προμηθεΐα,
 Νῦν ἐννύχιος ἐν θαρῶν συρῶν,
 Πρὸς ἱερεῖς ἔδραμεν ἐν πολλῶ τρῶμῃ,
 2195 Νέαν ἔδοξε βῆξιν ἐμφαίνειν φίλοις.
 Νυκτιγοροῦντές τ' ἦσαν ὡς πεφρικότες.
 Οὐκ εἰς κεῖν δ' ἄρ' ἡ φάλαγξ ὑπέτρεμε·
 Τρῶμου δ' ἔμαθον αἰτίαν παρ ἐλπίδα,
 Νύκτωρ κατ' ἄστου τειγῶν εἰσω μολῶν·
 2200 Καὶ τήνδε μαθῶν, ἦχον ἡσύχῃ βᾶσει,
 Στρατοῦ κατόπιν ἀκροῦμενος λόγων.
 Ὅ δ' εἶπεν οὕτως ἐμφόβῳ τοιμηρίᾳ,
 Μακρηγορῶν ἅπαντα θάμβη τοῦ τάφου.

Εἶρηνεν οὖν, εἶρηνε πρὸς πρεσβυτέρους
 2205 Ἀρχιερεῖς τε, δραματούργους τοῦ φόνου;
 Συνηγμένους τε καὶ σκοποῦντας τοῦ πέρι·
 Ἐπὶ τὸν φρικώδη πότμον ἐξειργασμένοι,
 Γραμματέων ὄμιλε καὶ πρεσβυτέρων.
 Ἦκω φράσαι σοὶ καὶ πόλει πολλὰ ξένα,
 2210 Ὡς καινὰ πάντα θαυμάτων τ' ἐπάξια,
 Ἄπερ νέκυς δέδειχεν, οὐ νύκτωρ φύλαξ
 Ἐγὼ τέταγμαί, καὶ νῦν εἰσέτι τρέμω·
 Ὅστ' εἰ παρήσθα, τοῦτον δὲ τάχ' ὡς νέκυν
 Ἡμεῖς φυλάττειν ἐξέπεμψας τῷ τάφῳ·
 2215 Εὐχαΐσιν ἂν μετήλθης, εἰσορῶν ξένα.
 Θέλω δ' ἀκοῦσαι πρῶτον, σοὶ παρῆσιγα

Nunc. Turma custodum, quæ per totam noctem remanserat,
 Et diligenti sollicitudine super tumulum invigilaverat,
 Nunc cum tumultu nocte diffluens,
 Ad sacerdotes cum maximo tremore cucurrit,
 2195 Visaque est novum rumorem amicis manifestare.
 Nuntii autem nocturni valde horrescebant.
 Neque frustra reformidavit cohors;
 Timoris autem causam præter spem didici,
 Noctu in urbem intra muros ingressus:
 2200 Eaque cognita, accessi placido gressu,
 Et a tergo cohortis sermones audivi.
 Illa autem sic locuta est cum audacia trepida
 Ambage multa, stupenda quæ ad sepulcrum contigerant.
 Dixit igitur, dixit ad presbyteros,
 2205 Et principes sacerdotum, cædis auctores,
 Congregatos et ea de re consulentes:
 « O vos qui horrendam cædem perpetrastis,
 Scribarum et seniorum cœtus,
 Venio vobis et urbi nuntiare plura stupenda,
 2210 Quatenus omnino nova et prodigiis accensenda,
 Quæ mortuus ostendit, cujus noctu custos
 Ego delectus sum, et nunc adhuc exhorreo:
 Quod si adfuisses, hunc ipsum quem ut mortuum
 Ad custodiendum in tumultu nos misisti,
 1334-1335 2215 Tuis precibus obsecrasses, hæc inaudita videns.
 Sed cupio prius audire, utrum tibi libere

2203 Μακρηγορῶν. Reg. II, 11, λαβραγορῶν.
 Ibid. θάμβη τοῦ τάφου. Alii legunt θάμβη τοῦ τάφου.

2209 Ἦκω φράσαι, etc. Ita sive Bacch. vers. 665, etc., nuntius Pentheum alloquitur:

Ἦκω φράσαι σοὶ καὶ πόλει χρηζῶν, ἀναξ,
 Ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.

Venio cupiens nuntiare tibi et urbi, o rex,
 Quam dira faciant, et miraculum superantia.

2216 Θέλω δ' ἀκοῦσαι πρῶτον, etc. Forte πρότερον, ut apud Eurip. Bacch. vers. 667, etc., unde

hæc desumpsit auctor noster:

Θέλω δ' ἀκοῦσαι πότερά σοι παρῆσιγα
 Φράσω τάξειθεν, ἢ λόγον στελιωμεθα.
 Τὸ γὰρ τάχος σου τῶν φρενῶν δέδοικ', ἀναξ,
 Καὶ τοῦξυθύμον, καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν.

Sed cupio audire utrum tibi libere
 Dicam res illic gestas, an sermonem contrahere
 [debeamus.

Metuo enim celeritatem animi tui, o rex,
 Et iracundiam, et mores nimium tyrannicos.

METRICA VERSIO.

Nunc. Qui nocte tota perstitit custos vigil,
 Et diligenter providens tumulto astitit,
 Modo per tumultum nocte densa confluentis,
 Sese ad sacerdotes citissimo intulit
 Cursu, novum tunc nescio quid creditus
 Aperire amicis: quin et ipse maximo
 Horrore tactus excubitor, et quæ cohors
 Assedit, omnis non quidem abs re expalluit:
 Palloris autem causa quæ foret, meam
 Spem præter ipse ingressus urbis mœnia,
 Cognovi, eaque cognita placido gradu
 Veni, cohortis omnia a tergo audiens
 Quæ verba firma non satis fiducia,
 Ambage multa, præ stupore illa implicans,

B Proferret. Ergo hæc ad sacerdotum gregem
 Senumque turbam, cædis auctorem, locum
 Coactam in unum ut quidpiam decerneret,
 Effatus: « O vos turba scribarum et senum,
 Qui cæde dira perpetrata, sanguine
 Vos polluistis, adsum, ut et vobis, et huic
 Urbi recludam multa inaudita, et nova,
 Et mira, morte quæ modo extinctus dedit,
 Is cujus ego sum nocte delectus vigil
 Custosque, quem nunc propter etiam exhorreo:
 Quod si adfuisses, tu quidem cui et mortuo
 Nos compulisti assistere ad tumultum, et eum
 Servare, cernens quod novum est atque insolens,
 Adortus esses hunc precibus. At id volo

Φρίξω τάκειθεν, ἢ λόγῳ στείλωμαθα.
 Ταρῶ γὰρ εἰπεῖν σοῦς λόγους ἐναντίον
 Πρὸς τὸν τύραννον, τὸ φρονῶν πτήτσων τάχως.
 2210 Τὸ εἶδ' ἄθυμον, καὶ τὸ λίαν ἠρμένον. »
 Τῷ θ' ἡ φάλαγξ ἔφησε πρὸς πρεσβυτέρους.
 Οἱ δὲ στραφέντες καθ' ἑαυτοὺς, τοιαύδε
 Ἔλεξαν ἄμφω, καὶ προσεῖπον ἀθλίως ·
 « Ἦδη τόδ' ἐγγὺς ὡσπερ πῦρ ἐπάπτεται
 2225 Ὑβρισμ' Ἰησοῦ, νῦν φόβος θ' ἡμῖν μέγας.
 Ἄλλ' οὐ μένειν δεῖ, δεξιούσθαι δὲ στρατῶν. »
 Αὐτὸ δὲ στραφέντες πρὸς φάλαγγ' εἶπον τάδε ·
 « Ἄκουε, φάλαγξ, ὡς ἔχω γνώμης ἐγὼ,
 Χ' ὄσ' οὐ κατὰ γνώμην ἔρσιν ἡμῶν ἔχεις,
 2250 Κρύφθ' ὡς ἀθῶος δι' ἐμοῦ πάντων ἔση,

A Ἐρῶσ' ὀπαδοῦς τὴν νέκυν κλέψαι λάθρα.
 Δώσω δέ σοι καὶ δῶρ', ἃ καλλιστευέται.
 Οὐ γὰρ χρεῶν ἀνακτι ταῦτά σε φράσαι,
 Ἄ πρὸς κλέος βέπουσι τοῦ θεταμμένου.
 2235 Ἄμμιν δὲ καθήφειαν εἰσφέρουσί που,
 Ὅχλου τε θυμὸν ὑπανάπτουσι σφόδρα,
 Πάντων τ' ἀγανάκτησιν εἰς ἡμᾶς ἔχει. »
 Ἦδ' ἀντέφησεν ἡ φάλαγξ τῶν φυλάκων ·
 « Ἐγὼ μὲν οὐκ ἐρῶ τι τῶν ἐγκασιμένων,
 2240 Ἐπεὶ δοκεῖ σοι, καὶ με βύεσθαι λέγεις
 Πρὸς τὸν τύραννον · σοὶ δ' ὄμως εἰρήσεται.
 Ταφεὶς ὄδ' ἦσσαν οὐδενὸς θεοῦ δοκεῖ,
 Ἐξ ὧν τε πρὶν πέπραχε καὶ νῦν θαυμάτων
 Ὅς ἐξαναστᾶς κειμένου λίθου τάφου,

Dicam ea quæ illic gesta sunt, an sermonem contrahere debeamus.

Metuo enim his sermonibus alloqui infensum
 Tyrannum, animi ipsius celeritatem reformidans,
 2220 Et iracundiam, et mores nimium superbos. »

Hæc ad seniores dixit phalanx.

Illi autem ad semetipsos conversi, ista
 Dixerunt mutuo, secum invicem misere colloquentes :

« Jamjam prope ut ignis succenditur
 2225 Injuria Jesu facta, nobisque ingens nunc incutitur metus.
 Verum nulla sit mora : milites bene excipiamus. »

Rursus conversi ad phalangem hæc dixerunt :

« Audite, milites, quæ nostra sit sententia :
 Quæcunque ex mente nostra loqui non potestis,
 2230 Tegite ; quia, quantum in me erit, prorsus eritis innocii,
 Cum dixeritis discipulos clam mortuum furatos fuisse.

Dabimus autem vobis munera præstantissima.
 Neque enim oportet præsidi ista te nuntiare,
 Quæ ad sepulti gloriam vergant,
 2235 Nobis autem pudorem inurant,
 Et plebis furorem valde accendant,
 Omniumque indignationem contra nos excitent. »

Custodum vero turma respondit :
 « Nihil eorum, quæ mihi sunt cognita, dicam,
 2240 Siquidem ita vobis videtur, et me immunem fore dicitis
 Apud præsidem ; sed tamen vobis dicentur.
 Qui sepultus fuit, minime Deo inferior videtur,
 Ex iis quæ antea patravit, et ex miraculis recens editis.
 Qui de sepulcro, cui lapis erat impositus, sese exserens,

2229 Χ' ὄσ' οὐ κατὰ γνώμην ἔρσιν ἡμῶν ἔχεις.
 Ita habent duo Regii. Editi vero sic eundem verum
 exhibent : Et τὰ κατὰ γνώμην ἔρσιν ἡμᾶς ἔχεις.
 Ita fere infra vers. 2270.

2250 Ὅς ἀθῶος δι' ἐμοῦ, etc. Ita fere loquitur
 Pentheus Bacch. vers. 671, ut nuntio loquendi
 fiduciam ingerat :

Ἀέγ', ὡς ἀθῶος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔση.

Dicito, quia quod ad me attinet, prorsus eris sine
 [pœna.

2252 Δώσω δέ σοι, etc. Ita pariter legitur supra
 vers. 764 et 1970, etc.

2241 Πρὸς τὸν τύραννον, etc. Ita fere Bacch.
 vers. 774 :

Ταρῶ μὲν εἰπεῖν τοῦς λόγους ἐλευθέρους
 Ἐς τὸν τύραννον, ἀλλ' ὄμως εἰρήσεται ·
 Διόνυσος ἦσσαν οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.

Metuo quidem libera verba dicere
 Ad tyrannum, sed tamen hæc dicentur :
 Bacchus inferior nullo deorum est.

METRICA VERSIO.

Audire primum, libere an detur mihi
 Narrare quæ illic facta sunt, an quiddid est
 Silentio premere : metuo enim dicere
 Coram tyranno, pertimescens impetum
 Subitum, et ferocem pectoris superbiam,
 Iramque nimiam. » Hæc ad senum turbam phalanx.
 At hi susurro colloquentes mutuo,
 Hæc inserebant expavescentes, leniter :
 « Injusta Jesu insontis hæc mactatio,
 Ingens ut ignis nunc quasi succenditur,
 Non parvus unde nos maneat omnes timor.
 Ergo mora omni nunc adempta, exercitus
 Prensandus omnis. » Rursus ad vigilam manum
 referentes ista dixere : « O phalanx,
 quod ego te velim : si dicere
 ita nobis sunt potes, ne deleget
 quiddid inde poterit esse incommodi

B Damnique, nos præstabimus, si dixeris
 Apostolorum clanculum ablatum manu
 Cadaver : addam dona quæ tu censeas
 Equanda nullis. Proinde non est. principi
 Quod efferas aliquid quod ad laudem queat
 Verti sepulti, et omnibus nobis pareat
 Quod ad dolorem vergat, et populi animum
 In nos furentem et turbulentum conciet. »
 Custodum ad illa sic cohors : « Quando id placet,
 Et apud tyrannum quiddid hinc culpæ est mihi
 Præstas, eorum nota quæ mihi, nihil
 Narrabo ; nam mox illa dicentur tibi.
 Hic qui sepultus non Deo ipso creditur
 Minor, vel illis rebus omnibus prius
 Onas fecit olim, vel recens miraculis
 Nunc editis, qui de sepulcro se exserens
 Quod grande saxum obstruxerat, manentibus

2215 Καὶ τῶν σφραγίδων ἐμμενουσῶν εἰσέτι,
 Ἡμῶν τ' ἀσπυνον ἐγκαθημένων κύκλω,
 Τὰ πάντα κατηύρασαν, ἡμᾶς δὲ τρόμμω,
 Ὑπεὶ νεκροῦς τέθεικεν, ἐκπεκλιγμένους.
 Γῆς γαστ' ἐσαλεύθη γὰρ ἀσχετῶ τρόμμω,
 2250 Αἰφνης δ' ὀλίθος ἐκκεκύλισται τάφου·
 Καὶ τοῦτο δ', ὡς ἴοικαν, ὡς δ' ὄρᾶν ἔχω,
 Συνέναι τε πάνθ', ἐώρων τὸν τάφον·
 Ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις, ὡς μὲν εἰκάσαι,
 Ὡς Πατήρ ἤχησεν ἐν φωνῇ ξένη.
 2255 Ταύτη θ' ἄμ' ἐβρόντησε, καὶ πρὸς τὸν πόλον
 Καὶ γαίαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός·
 Σίγησε δ' αἰθήρ, σιγᾷ δ' ὄλιμος νάπη·

2245 Sigillis adhuc integris remanentibus,

Nobisque circa vigiliis,

Omnia illustravit, nos autem tremore

Perculsos, ut mortuos posuit.

Terræ enim fundamenta inauditò mota concussa sunt,

2250 Statim lapis a monumento revolutus fuit :

1336-1337 Atque ut istud videtur, et quantum assequi possum,

Et omnia intelligere, cernebam tumulum :

Ex æthere autem exsiliit vox aliqua, et, ut suspicor,

Deus Pater inusitata voce intonuit.

2255 Hæc autem simul intonuit, et ad cælum

Et terram firmum emisit fulgorem sacri ignis :

Siliuit autem æther, taciteque nemus frondosum

Folia continuit, nec ullum audivisses sonum.

Hunc igitur hominem, quisquis sit, amici,

2260 Excipite nunc ; prorsus enim videtur magnus.

Quin et hoc dicunt ipsum, ut audio,

Propulsatricem malorum gratiam hominibus largiri,

Et absque illo nihil unquam boni esse,

Neque unquam fuisse : et si verus esset sermo,

2265 Potius illi sacrificarem, quam furens

Calcitrarem adversus stimulum, Deo pugnans mortalis. »

Cong. Pont. « Tu multum obdormisti, et somnia loqueris.

Discipuli, dum somno indulgebas, mortuum furati sunt

Et id unum præsidi loquere.

2270 Quæ autem minime nobis sunt jucunda, sile,

2252 Συνέναι, etc. Ita Regg. duo. Editi συνέναι.

2255 Ταύτη θ' ἄμ' ἐβρόντησε, etc. Sic Bacch. vers.

1080, etc., nuntius de Baccho hæc ait :

Καὶ ταῦθ' ἄμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν

Καὶ γαίαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός·

Σίγησε δ' αἰθήρ, σιγᾷ δ' εὐλειμος νάπη

Φύλλ' εἶχε, θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν.

Hæc autem simul dixit, et ad cælum

Et terram firmum emisit fulgorem sacri ignis ;

Tacuit autem æther, nemusque frondiferum tacite

Folia continuit, nec audivisses ferarum vocem.

2259 Τὸν ἀνδρα, etc. Ita fere Bacch. vers. 768,

etc., nuntius Pentheo vult suadere, ut Bacchum

tanquam deum recipiat :

Τὸν δαίμον' οὖν τόνδ', ὅστις ἐστ', ὦ δέσποτα,

Α Φύλλ' εἶχε, καὶ πού τ' οὐκ ἂν ἤκουσας φόρον.

Τὸν ἀνδρα γοῦν τόνδ', ὅστις ἐστίν, ὦ φίλοι,

2260 Δέξασθε καὶ νῦν· πάντα γὰρ δοκεῖ μέγας.

Κάκεινὸ φασιν, αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω,

Τὴν παυσίτακον δωτήνην δοῦναι βροτοῖς,

Καὶ τοῦδ' ἀνευ μηδὲν καλόν τ' εἶναι ποτε,

Μήτ' αὐ γενέσθαι· καὶ ἀληθεύῃ λόγος,

2265 Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος

Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν θεῶν. »

Συγ. ἀρχ. « Σὺ πόλλ' ὑπνωσας, καὶ λαλεῖς ὄνειρατα·

Ἐκλεψαν, ὡς ὑπνωσας, μύσται τὸν νέκυν,

Καὶ τοῦτο πρὸς τύραννον εἶπε καὶ μόνον.

2270 Ὁ δ' οὐ καταθύμιον ἡμῖν, σὺ σίγα,

Δέχου πόλει τῆδ', ὡς τὰ τ' ἄλλ' ἐστίν μέγας.

Deum igitur hunc, quisquis est, o domine,

Recipe in istam civitatem, quia et in reliquis mo-

Ἄλλ' ἀπίω μὲν τάχιον · μὴ σοι δέος.

2290 Ἐρσις δ' ἑ · Μύσται τοῦδε, νυκτέρω ποδὶ,

Λαθόντες ἄμμα τοῦμὸν, ἔβαν τὸν νέκυν. »

Φυλ. « Ἰὼ μοι, ἰὼ, αἶ, αἶ! »

Πιλᾶτ. « Τίς ἐστίν, ὃς θρηγῶν γοῦν τ' ἔξω στένει; »

Συν. ἀρχ. « Φάλαγξ φυλάκων τοῦ κατακρίτου νεκροῦ,

2295 Ἄναξ, πάρεστι, καὶ φόβῳ πολλῷ στένει. »

Πιλᾶτ. « Εἰς καιρὸν ἤκεις, καίπερ ἐμφαίνουσά τι.

Τί γὰρ, τί' ἄρα τοῦσ' ἀλαλάζει καὶ στένει;

Τίνος θ' ἔκρητι τὸν φόβον φέρει; λέγε. »

Et in gratiam hujus silentii munera accipies.

Profecto mortuum sponte vendidisti;

Et nisi tacueritis, illud ediscet præsens. »

Cust. « Eo non adduceres ut meos auscultes sermones :

2275 Ego vero, quanvis apud te male audiam,

Dico te non debere adhuc efferre,

Sed quiescere; non enim tolerabit.

Nos autem minime vendidisse, sigillum solum

Manifeste ostendit, nullamque habes criminandi ansam. »

2280 Sigillo enim illæso, superimposito lapide,

O novum prodigium, e sepulcro surrexit. »

Cong. Pont. « Omittite plura: excipe munera. »

Cust. « Cum meis sermonibus nolis obtemperare,

Tuis ipsemet, ut dicis, persuadebor.

2285 Vide autem, quomodo me a præsente liberaveris. »

1338-1339 Cong. Pont. « Minime sis sollicitus qualiter circa istud sit affectus.

Suadebo enim ipsum, ut tibi amica sentiat,

Cum sit tibi affinis, et ex Ausonia tellure ortus.

Verum celeriter abeo; nihil metuas.

2290 Dices autem: Illius discipuli, nocturno pede,

Latentes oculum meum, mortuum sustulerunt. »

Cust. « Hei mihi misero! ah, ah, ah! »

Pilat. « Quis ille qui ad fores ingemit et luget? »

Cong. Pont. « Milites qui morte afflicti corpus custodiebant,

2295 Adsunt, præsens, et præ maximo metu suspirant. »

Pilat. « Opportune venis, licet indicans nescio quid.

Cur isti flentes ejulant et ingemiscunt?

Quæ causa tanti metus? dic. »

2271 Σὺ λάθης. Reg. H, II, νῦν λάθης.

2274 Πείθῃ μὲν οὐδὲν, etc. Ibid. vers. 786 :

Πείθῃ μὲν οὐδὲν τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,

Πενθεῦ. Κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσγων, ὄμως

Οὐ φημι χρῆναι σ' ἔπλ' ἐπαρῆσθαι θεῶ,

Ἄλλ' ἡσυχάζειν. Βρομῶς οὐκ ἀνέξεται.

Nihil quidem obtemperas audiens meos sermones,

Pentheu. Male vero a te quamvis tracter, tamen

Dico te non debere arma inferre deo,

Sed quiescere. Bromius enim non patietur, etc.

2291 Λαθόντες ἄμμα, etc. Ita fere Pthes. vers.

54, Hector de Græcis loquitur :

Λαθόντες ἄμμα τοῦμὸν, ἀφροσθαί φυγῆν

Μέλλουσι.....

Latentes conspectum meum, arripere fugam

Statuerunt.

METRICA VERSIO.

Accepta nobis quæ minus sentis; tacens

Munus etiam grande auferes, licet tamen

Tu sponte corpus vendideris: ad si palam

Feceris, id a te jam tyrannus audiet. »

Cust. « Ut multa dicam, non tibi persuadeo :

Ego tamen, a te nunc licet male audiam,

Hoc dico, jam non esse quod in posterum

Sic efferas te, paululum sed comprimas.

Nam quis ferat te? corpus autem venditum

Non esse nobis vel palam istud indicat,

Ut nil rependas, integrum quod cernitur

Sigillum. Eo ipso nam integro, et lapide super

Posito, stupendum o omnibus miraculum,

Surrexit e sepulcro. » Cong. Pont. « Omittite plurima

Hæc verba: dona, quæ tibi dantur, cape. »

Cust. « Quando meis tu non sinis dictis locum,

B Tuis, ut ipse dicis, obsequar: vide

Sed gnavior, qui me a tyranno liberares. »

Cong. Pont. « Hæc cura nil te reddat hac in re anxium.

Efficiam ut in te fratris affectum induat,

Gentilis ut qui sit tibi terra Ausonum

Pronatus. Ergo abeamus ocium; interim

Ne quid timeto; verum id unum dicit:

In nocte multa clanculum, et tacito pede,

Me nescio, corpus tulere apostoli. »

Cust. « Hei mihi misero, ah, ah, ah! »

Pilat. « Quis ille, qui flens ad fores sic ingemit? »

Cong. Pont. « Illa ipsa certe est mortui custodia.

Adest, o princeps, et metu præ maximo

Suspirat. » Pilat. « Opportune ades, licet indicans

Nescio quid ore. Quidnam ea ejulans dolet

Gemitque? fare: causa quæ tanti metus? »

Συρ. ἀρχ. « Αὐτοὶ παρόντες τοὺς λόγους ποιησάτων. »
2500 Φυλ. « Μύσται γὰρ, ἀναξ, τοῦδε, νυκτέρῳ ποδί,
 Λαθόντες ὄμμα τούμῳ, ἦσαν τὸν νέκυν. »
Πιλᾶτ. « Πῶς, ὦ μέγιστα πῆματ' ἐξαιρεγασμένοι,
 Μύσται μολόντες εἰς τάφον εἰσεσαν,
 Ὑμᾶς λαθόντες, καὶ νέκυν ἀφήρπασαν,
2505 Κοῦτ' εἰσιόντας πρὸς τάφον συνήκατε,
 Ὅστ' ἐξιόντας; τῶνδε τίς τίσει δίκην
 Πλὴν σοῦ; σὲ γὰρ φύλακὰ φημ' εἶναι τάφου ·
 Ὅφελειν τέθεικας τοῖς βροτοῖς γέλωτά με,
 Πρὸς αἰσχύνῃ δὲ καὶ δίκην τίσω φόνου.
2510 Κλέπται σ' ἔλαθον, ἐγγελῶντες πολλὰ μοι;
 Τίς γὰρ πρόφασις τοῦ νεκρὸν κλέψαι δέμας;
 Πῶς δ' ἂν ἐτόλμων φυλάκων μέσον τόσων,

Οὓς φασὶ καὶ φῶς λαμπάδων πυρὸς φέρειν
 (Καὶ τῶνδ' ἄνευ δὲ πανσέληνος νύξ τρέχει),
2515 Ἐλθεῖν τρέμοντας, καὶ κυλίσει τὸν λίθον,
 Ὅν ἀπονητὶ στρατὸς οὐκ ἔθηχ' ὄσος,
 Τέθεικὲ τε σφραγιδας ἐκτὸς τοῦ λίθου,
 Ἰαδὸν ὑμῖν, καὶ χορὸς πρεσβυτέρων;
 Οὐκ οἶδα μύστας, οὓς νέκυν κλέψαι λέγεις.
2520 Σὺ τοῦτ' ἔδρασας · οὐδὲν ἂν δεχάιμεθα ·
 Γνώμην δ' ἀφαιρῆ τὴν ἐμὴν, πλάττων λόγους.
 Ἄλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέη λόγους,
 Ὅτω με πεῖσεις μὴ λέγειν ψευδηγόρους.
 Οὐ γὰρ μένουσι τῆς ἀληθείας λόγοι ·
2525 Ἄλλὰ τρέπουσι τοὺς λόγους βουλευμάτα,
 Οὐδ' ἐμμένουσιν οἱ λόγοι βουλευμάσιν. »

Cong. Pont. « Ipsi adsunt : verba faciunt. »

2500 Cust. « Princeps, illius discipuli, pede nocturno,
 Conspectum meum latentes, mortuum sustulerunt. »

Pilat. « Quomodo, o vos qui fecistis maxima mala,
 Discipuli accedentes ad tumulum introierunt,
 Vobis insciis, et mortuum rapuerunt? »

2505 Neque eos tumulum introeuntes animadvertistis,
 Neque egredientes! horum quis luet pœnam
 Præter te? Te enim tumuli custodem esse dico;

Tu fecisti, ut omnibus hominibus sim ludibrio,
 Et præter ignominiam pœnam cædis solvam.

2510 Te fecellerunt fures, mihi multum irridentes?

Quæ autem ratio corpus exanime furandi?
 Quomodo ausi sunt, tot in mediis custodibus,
 Quos et accensas faces ferre dicunt

(Et aliunde nox decurrit pleno lunæ orbe),

2515 Quomodo ausi sunt pavidi accedere, et lapidem revolvere,

Quem non absque labore tota cohors posuit,

Et cui a foris sigillum posuit,

Confertim vobiscum ipse cœtus seniorum?

Haud discipulos novi, quos mortuum furatos esse ais.

2520 Tu hæc fecisti; neminem recipiemus:

Animum meum decipere conaris, fingens sermones.

Verum tibi opus esse! longa et vehementi oratione,

1340-1341 Qua mihi persuaderes te non falsa enarrare.

Non enim tibi constat sermo veritatis;

2525 At sermonibus mutationem afferunt consilia,

Neque consiliis in hærent sermones. »

2500 Τοῦδε, νυκτέρῳ ποδί, etc. Ita supra vers.
2520 etc.

2502 Πῶς, ὦ μέγιστα, etc. Sic apud Eurip.
Rhes., Hector gravissimas exercitus custodibus
 minas intentat, ob cædem Rhesi et istius militum,
 ipsis insciis, ab Ulysse et Diomede Græcorum ex-
 ploratoribus. Vide *Rhes.* vers. 808, etc.

2506 Διχρη. Pœnam, videlicet, capitis. Nec de-
 buit Roill. ad verberum pœnam ita restringere:
Cujus in viri tergum, etc.

2517 Τέθεικὲ τε σφραγιδας, etc. Roill. *Mecum*

obsignavit; minus recte: non enim Pilatus, sed, ipso
 permittente, Judæi sepulcrum obsignarunt, Matth.
 xxvii, 65: *Ait illis Pilatus: Habetis custodiam,
 ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes mu-
 nierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodi-
 bus.*

2520 Σὺ τοῦτ' ἔδρασας, etc. Sic auriga Rhesi
 Hectorem incusat, quasi domini sui necis auctorem.
 Vide vers. 854, etc.

2525 Ἄλλὰ τρέπουσι τοὺς, etc. Male Roill., ut
 metro serviat: *Sermo mutat consilia.*

METRICA VERSIO.

Cong. Pont. « Quin illi, ut adsunt, quidquid est B
 [edisserant. »

Cust. « In nocte multa apostoli, o rex, clanculum,
 Me nesciente, sustulerunt mortuum. »

Pilat. « Et quomodo istud, perditit, tantum mali

Vos intulistis? qui sepulcrum apostoli

Ingressi, ut inde clanculum vi mortuum

Efferre possent? qui neque sepulcrum ingredi

Didistis, aut exire? cujus in viri

Tergum istud omne, nisi in tuum tandem ex-

[petet?

Nam te sepulcri dico custodem; facis

Adeo me eo ipso fabula dignum omnibus;

Quia præter ipsam quæ fuerit infamiam,

Accedet illud, mortis ut pœnas luam.

Et sic habentes despiciatui mea

Imperia fures te fecellerunt? Age,

Quæ causa tandem efferendi mortui,
 Custode posito tam frequente? qui, rogo,
 Quos ferre dicunt splendidis flammis faces,
 Quos ipsa præter luna nocte splendida
 Detegeret, ausi istud fuissent, ut locum
 In hunc venirent, et manu devolverent
 Saxum, quod ipsa tota vix turba addidit,
 Et cœtus ipse plurimum mecum senum
 Suo sigillo obduxit? Haud apostolos
 Novi, quibus tu clam cadaver assersis
 Raptum. Tua hæc fraus, nil eorum admisero.

Tu vana fingens, me mea sententia
 Dejicere tentas? At tibi longa atque acri
 Oratione opus fuerit, ut mihi
 Non falsa te narrare persuadeas:
 Nam veritatis sermo non constans tibi;
 Sed sermo mutat consilia, neque permanet

Φυλ. ε Ὀρθῶς, ἀναξ, εἰρηκας, ὡς τὸ δρᾶμ' ἔχει. A
 Ἐγὼ γὰρ ὄνμ' ἀγρυπνον εἶχον εὐφρόνη.
 Κόστ' ἔθρις, ὄστ' ἐκοίμησ', οὐ νῆ σὴν κάραν.
 2550 Εἶδόν τε πάντα, καὶ δραμῶν ἦλθον λέγων.
 Κἀγὼ μὲν ἦν κρόθυμος ἔννευρος δραμεῖν,
 Καί σοι τὸ πᾶν εἰπεῖν τε καὶ φυγεῖν δίκην.
 Ἄλλ' οἱ σοφοί γε, καὶ τὸ θεῖον εἰδότες,
 Μείναι μ' ἔπεισαν ἡμέρας λαμπρὸν φῶς.
 2555 Οὐ γὰρ φαινοί μοι συνέσχον ἥλιου
 Λαμπτήρες, ἀλλ' ἕδραμον ἐς σφᾶς ἀστῆκα,
 Καὶ σφισιν εἶπον πᾶν δρᾶμ', ἀκουσμά τε.
 Οἱ δ' οὐ μένουσι τοῖς ἐμοῖς ὀρθοῖς λόγοις. »

Πιλᾶτ. ε Δέδοικα, φάλαγγε, μὴ μᾶττιν φελοθηροῖς.
 2340 Μύσται γὰρ ἦν ἐκλεψάν, οὐκ ἴσμεν τορῶς.
 Καὶ γὰρ ὑποπτόν ἐστι κάρτ' ἐμῆ φρενί.
 Τί γὰρ ἐναργὲς τοῦδ' ἐρεῖς τεκμήριον; »
 Φυλ. ε Ἄναξ, ταχύνεις, πρὶν μαθεῖν τὸ δρώμενον.
 Ὅ κλέψ' ἐν ὄρφη πάντι, κάμμεγα σθένει.
 2345 Ἄλλ' ὡς τάχιστα χρῆ παραγγεῖλαιεν στρατῷ,
 Ὃς ἐν τις εἰπῶν καὶ ταχύπους τυτχάνων,
 Φάλαγγ' ὑπερβᾶς νικτὸς ἐν καταστάσει,
 Ὃς ἐν βρόχοισι δέσμιος λελημμένος,
 Παγγαῖς χαραχθεῖς, ἐκμάθη τὸ πρακτέον.
 2350 Αἰσχρὸν γὰρ ἦμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κενῶν,

Cust. ε Optime locutus es, princeps, quemadmodum res se habent :

Ego enim nocte oculam pervigilem habui,
 Neque dormitavi, neque obdormivi, testor tuum caput,
 2550 Et cuncta vidi, et nuntius veni illic currens.
 Ego quidem eram promptus noctu accurrere,
 Et tibi omnia narrare, et poenam effugere :
 Verum sapientes et divina scientes
 Mihi suaserunt exspectare fulgidum diei lumen.
 2555 Neque enim me cohibuerunt lucidæ solis
 Faces, sed ad illos statim accurri,
 Et ipsis dixi quæcunque vidi et audivi :
 Ipsi autem meis sermonibus, etsi veris, fidem non adhibent. »
 Pilat. ε Vereor, cohors, ne hic vanam seras fabulam.
 2340 An enim furati fuerint discipuli, non liquide novimus,
 Et meo tamen animo res hæc est suspecta.
 Ecquod enim manifestum rei affers indicium ? »
 Cust. ε Princeps, properas, priusquam scias quid sit gestam.
 Fur nocte plurimum valet.
 2345 Verum quam primum oportet indicare exercitui,
 Ut quis eorum maxima pedum celeritate fretus,
 Cohortem præteriens in silentio noctis,
 Veluti in laqueis vincus deprehensus,
 Plagis cæsus, ediscat quid sibi agendum sit.
 2550 Turpe enim nobis, et præter turpitudinem damnosum,

2328 Ἐγὼ γὰρ ὄνμ' ἀγρυπνον, etc. Ita Rhes.
 vers. 824, chorus se excusat apud Hectorem.
 2334 Κἀγὼ μὲν ἦν, etc. Sic ibid. vers. 63, etc.,
 Hector fere iisdem vocibus suam alacritatem et
 dimicandi pruriginem prodit.
 2335 Ἄλλ' οἱ σοφοί γε, etc. Sapientes qui Deum
 noverunt, scribæ et seniores atque pontifices, qui
 Christum Pilato crucifigendum tradiderant. Bene
 minus Roill. : Qui plus sacra prudentia possunt
 apud te, quasi Pilatus Judæorum religioni fuisset
 addictus. Vide Rhes. vers. 65, etc., ubi eandem
 rationem exhibet Hector, cur etiam noctu Græcos
 non sit adortus.
 2335 Οὐ γὰρ φαινοί, etc. Ibid. vers. 59, etc.
 2340 Μύσται γὰρ ἦν ἐκλεψάν, etc. Ibid. vers.
 77, etc., ita chorus Hectori respondet :
 Ἄνδρες γὰρ εἰ φεύγουσιν οὐκ ἴσμεν τορῶς,
 Οὐκ οἶδ' ὑποπτόν δ' ἐστὶ κάρτ' ἐμοῖ φρενί.
 An enim viri Græci fugiant, non liquide scimus :
 Nescio : meo tamen animo res hæc est valde suspecta.

2342 Τί γὰρ ἐναργὲς τοῦδ'. Ita supra vers. 2190,
 et Rhes. vers. 94, Æneas Hectorem interpellat :
 Τί τοῦδ' ἂν εἰποις ἀσφαλὲς τεκμήριον ;
 Quod hujus rei dicere potes certum signum ?
 2343 Ἄναξ, ταχύνεις, etc. Ibid. vers. 76, cho-
 rus Hectorem nimium properantem moratur :
 Ἐκτορ, ταχύνεις, πρὶν μαθεῖν τὸ δρώμενον.
 Hector, properas, priusquam scias quid agatur.
 2344 Ὅ κλέψ' ἐν ὄρφη, etc. Ibid. vers. 69
 Hector :
 . . . Ἐν ὄρφη δραπέτης μέγα σθένει.
 . . . Noctu fugitivus multum valet.
 2345 Ἄλλ' ὡς τάχιστα χρῆ, etc. Ibid. vers. 70.
 2348 Ὃς ἐν βρόχοισι, etc. Ibid. vers. 74, etc.
 Vide etiam vers. 72 et 73, quos eo loci proprius
 quodam modo sibi fecit auctor nuster.
 2350 Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, etc. Sic ibid. vers.
 102, etc. Hector :
 Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κενῶν,

METRICA VERSIO.

Consilio in uno quod semel cœptum est loqui. »
 Cust. ε Nam noctem ego insonnem integram vigil,
 Nihilque stertens, testor hoc tuum caput,
 Et cuncta vidi, et nuntius veni illico,
 Necnon paratus nocte multa veneram,
 Ut rem tibi omnem detegens, poenam quoque
 Vitarem : at hi qui plus sacra prudentia
 Possunt apud te, me impulere ut splendidam
 Lucem operirer solis. At non me tamen
 Oppressit altus lucidi Phœbi nitor,
 Quin cursu anhelo proximus me contuli
 Illos ad ipsos, indicans quidquid mihi
 Et visum et auditum fuisset : nil mihi
 Tamen acquiescunt, vera cum narrem omnia. »

Pilat. ε Vereor, o custos, ne mihi vanam hic seras
 Inutilemque fabulam : nam non adhuc
 Id constat etiam, sitne corpus apostolis
 Sublatum, et ipsa res tamen valde mihi
 Suspecta : sed quid ad fidem hujus afferes ? »
 Cust. ε Præceps nimis es, o rex, priusquam rem audias
 Ut gesta : nocte qualibet nil non potest
 Fur grande. Verum id, ut reor, primum expedit,
 Ut si quis ex his celeritate maxima
 Pedum suorum fretus in silentio
 Noctis, phalangem præterierit, vinculis
 Astrictus et cæsus frequenti verbere,
 Ediscat inde quid sibi facto est opus.
 Nam turpe nobis illud, atque infamiaz

θεοῦ δίδοντας, ἀντῶν τις ἀπόνως,
 λαβεῖν εἶσαι δῶμα δράσαντας τόσον. »
Πιλᾶτ. « Οὐκ οἶδα τοὺς σοὺς, οὐς νεκροῦ φῶρας λέγεις.
 Οὐκ οἶδ', ὑποπτεύω ἐστίν, ὑποπτον δ' ἐμοί.
 2355 Πῶς γὰρ ἂν οἱ φεύγοντες ἐκλεψαν νέκυν,
 ὄν ζῶντα κατέλιπον ἐν πολλῷ φόβῳ ;
 οἷδ' ἐς τοσοῦτον ἀφύκνωσεν ἡ φάλαγξ,
 καὶ τῆς φυλακῆς τοῦ τάφου κατεφρόνει,
 οἷδ' οἷδε γ' ἐξήμαρτον εὐτόλμῳ θράσει,
 2360 Ὅς κατασεῖσαι καὶ θεραπεύειν δπα
 ἔκλυον, ὡς μιν ἀπανήνασθαι φόβῳ. »
Εὐν. ἀρχ. « Ὁ πάνθ' ἐδραῖος, νῦν κλονῆ τῆ καρδίῃ,
 καὶ ταῦτα κλύων, πάνθ' ὑποπτεύεις μάτην.

A Εἶθ' ἦσθ' ἀνήρ πρόβουλος, ὡς δράται χερσὶ !
 2365 Ἄλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντα δύνασθαι βροτῶν
 Πέφυκεν · ἄλλω δ' ἄλλο δίδοται γέρας ·
 Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοιοῦδε δ' αὐ κρύπτ' εἶδέναι.
 Ὅς νῦν πυρὸς λαμπτήρας ἐξήρθης κλύων,
 Κλέψαι τ' ἀπιστεῖς τοὺς ὀπαδοὺς τὸν πλάνον ·
 2370 Ἄπλοὺς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὀπλιζειν χέρας. »
Πιλᾶτ. « Στρατὸν σὺ κλέψας, κάμει περὶ σὺστρέφειν.
 Σὺ πάντ' ἐδρασας · καὶ τὰ λοιπὰ σὺ σκόπει »
Εὐν. ἀρχ. « Σὺ γοῦν νόμιζε ταῦτ', ἐπειπερ σοῖδοκεῖ,
 Πράττειν ἔχοντι καὶ λέγειν μέγα σθένος. »
 2375 Ἄγγ. Τοιαῦτα μαθὼν ἀνόμων τολμήματα,
 Τὴν νεκρέγερσιν κατορουσσόντων δόλμ,

Deo concedente, ut facile vindictam sumamus,
 Multos dimittere tanti facinoris reos. »
Pilat. « Nescio tuos mortui raptores, quos dicis ;
 Non novi ; res est suspecta, mihi suspecta.
 2355 Quomodo enim fugitivi mortuum furati essent,
 Quem viventem præ nimio tremore deseruerunt ?
 1342-1343 Neque enim adeo gravis sopor habuit custodes,
 Neque tumuli custodiam spreverunt,
 Neque isti audacia animorum plena deliquere,
 2360 Quos et ancillæ vocem eo impulsisse
 Audivi, ut ipsum præ metu abnegarent. »
Cong. Pont. « Qui in omnibus es inconcussus, nunc animo fluctuas,
 Et hæc audiens, omnia incassum suspicaris.
 Utinam esses tam sapiens, quam manu promptus !
 2365 Verum nulli homini omnia posse dedit
 Natura : alii enim aliud datur munus ;
 Tibi quidem fortiter pugnare, et aliis abdita nosse.
 Qui nunc ignis faces accensas audiens, suspensus es,
 Neque putas seductorem a discipulis captum fuisse :
 2370 Simplex est oratio : adversus hostes armare manus oportet. »
Pilat. « Tu cohortem lusisti, et me ipsum abducere tentas.
 Tu omnia peregisti ; quæ supersunt, tu videris. »
Cong. Pont. « Hæc igitur omnia crede, sicut et tibi videtur,
 Qui agendi et dicendi vi maxima polles. »
 2375 *Nunt.* Cum talem edidicerim audaciam iniquorum,
 Qui dolo Christi resurrectionem prorsus obruant,

θεοῦ δίδοντας, πολεμῆτος ἀνευ μάχης
 φεύγειν εἶσαι, πολλὰ δράσαντας κακὰ.
Turpe enim nobis, et præter turpitudinem damnosum
 [erit,

Deo concedente, hostes absque pugna
Dimittere fugientes, qui nos affecerunt multis malis.
 2359 *Εὐτόλμῳ.* Metrum et sensus postulant ut
 ita legamus. Editi ἀτόλμῳ.

2364 *Εἶθ' ἦσθ' ἀνήρ πρόβουλος*, etc. Ita fere
Aeneas Rhæ. vers. 105, etc. Hectorem alloquitur :
 Εἶθ' ἦσθ' ἀνήρ εὐβουλος, ὡς δράσαι χερσὶ !

Ἄλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
 Πέφυκεν, ἄλλω δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας ·
 Σὺ μὲν μάχεσθαι, τοιοῦδε βουλευεῖν καλῶς.
Utinam esses tam sapiens, quam es manu promptus !
Verum non unus et idem mortalium omnia scire
Natura potest : alii enim divinitus aliud attributum
 [est munus ;
Tu quidem pugnare fortiter, alios vero recte consulere
 [Utinam voluit.

2370 Ἄπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς, etc. Ibid. vers. 84,
 choro respondet Hector.

METRICA VERSIO.

Ut omnem omittam, maximum malum, Deo
 Id jam sinente, ut supplicia facili manu
 Merita exigamus, qui grave adeo admiserint
 Facinus, inultos leniter dimittere. »
Pilat. « Fures ego illos quos mihi cadaveris
 Tu dicis esse, nescio ; plane, inquam, ego
 Nescio ; animo suspecta res valde meo :
 Suspecta certe. Nam fugam qui carperent,
 Et quomodo illi sustulerunt mortuum,
 Quem vivum et ipsi maximo trepidi metu
 Liqueere ? Quid quod non adeo gravis sopor
 Custodiam habuit, ut sepulchri sperneret
 Coram : nec illi quos vel una ancillula
 Audita tantum eo impulsisset ut metu
 Ipsum abnegarent, id sua ex audacia
 Sumptere tantum. » *Cong. Pont.* « Mirum quod nunc
 [fluctuas,
 In rebus aliis firmus, atque hæc audiens,
 Suspecta nullam ob rem tamen habes omnia.

B Utinam vir esses providus animo, ac manu
 Agende promptus ! Sed viro non cuilibet
 Natura ab ipsa id est datum ut queat omnia,
 Ast aliud alii munus est datum ; tibi
 Pugnare, at aliis nosse quæ rerum abdita.
 Iratus ecquid audiens vultu cies
 Ignem furentem, nec putas aliquem ex grege
 Sectantium, illum sustulisse clanculum
 Et vafrum et astutum : manu ut tu vindice
 Utaris istud hostibus tantum expetit. »
Pilat. « Tu cum cohortem luseris, id etiam studeas
 Me abducere ? horum causa tu sola omnium :
 Quæ reliqua nunc sunt, ipse jam cognoveris. »
Cong. Pont. « Quantum voles tu crede, quando istud
 [placet,
 Atque ut loquendi, sic tibi hic primum data
 Æqua atque agendi, quod voles, potentia. »
Nunt. Hæc cuncta tibi cum recepissen auribus,
 Et perditorum audaciam, qui supprimunt

*Εδραμον, ὦ Δέσποινα, νῦν σοι μηνύσαι.
 Μὴ γοῦν ἀπίσται· πάντ' ἀληθῶς γὰρ κλύεις,
 Καὶ πᾶσαν οἶμαι τὴν πόλιν φάμαν φέρειν.
 2380 Κουστωδίας γάρ τινες ἐκφέρουσί σου,
 Καὶ θαῦμα κηρύσσουσιν ἐν μυστηρίοις·
 *Ἡξοῦσί σοι πολῖται, καὶ τὸ πᾶν μάθοις.
 Θάπτον γὰρ αὐτὸς ἄγγελος μηνυμάτων
 *Εδραμον, ἔλθειν γηθοσύνη καρδίᾳ,
 2385 Καὶ σοι κομίσαι χάρμα καὶ θυμηδίαν.
 Θεοτό. Εἰς καιρὸν ἦκεις, καὶ χάρις σοι κείσεται·
 Εἰς καιρὸν ἦκεις, καίπερ ἀγγέλλων Ἰτην
 Αὐτῶν γε μᾶλλον ἀνόμων πρεσβυτέρων,
 Ψευδῆ τε καὶ μάτια πόλλ' εἰργασμένων

A 2390 Πῶς γὰρ ἂν εἰρῆαι τάφος, ἢ σφραγὶς λίθου,
 *Ἡ φυλάκων φάλαγξ τις, ἀλήπτου Λόγου
 Εἰς συγγένειαν Πατρὸς ἀλειφθὲν δέμας;
 *Ὅ καὶ πρὶν ὤπτο, βαίνων ὄγραν, ὡς πέδον,
 Τὸν αὐτόρριζον, αὐτοπλάστην Δεσπότην,
 2395 Φέροντα τὸν φέροντα πᾶν κράτει·
 *Ὅς κλειθρα παρθένια μηδαμῶς λύσας,
 *Ἐξῆλθεν, ἀνέτειλεν ἐνθέω σθένει·
 Οὐ γὰρ κορείης ἄμμα διέλυσέ πως.
 *Ἐτικτον αὐτὸν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.
 2400 *Ἡ φυλάκων φάλαγξ δὲ πῶς ἂν ἦσθετο
 Τὴν ἐξέγερσιν τοῦ λαθόντος ἀγγέλου;
 Πῶς ἐκ βροσεῶν αἱμάτων πλάττει δέμας;

Cucurri, Domina, ut istud tibi indicarem.
 Ne fidem deneges; quæ enim audis, sunt omnino vera,
 Et arbitror hunc rumore per totam urbem spargi.
 2380 Quidam enim custodes etiam hunc efferunt,
 Et miraculum in secretis conventibus enuntiant;
 Ad te venient cives, et omnia scies.
 Celeriter enim ipse nuntius indiciorum
 Accurri, animo veniens hilari,
 2385 Ut te ipsam suavissima perfundam lætitia.
Deip. Opportune venis, et tibi gratia rependetur,
 Opportune venis, quanquam scelus denunties
 Ipsorum seniorum valde iniquorum,
 Qui plura falsa et vana peregerunt.
 2390 Quomodo enim cohibuisset sepulcrum, et lapidis sigillum,
 Aut custodum phalanx aliqua, Verbi, quod capi non potest.
 1344-1345 Ad cognationem sui Patris unctum corpus?
 Dominum qui antea visus est gradiens super aquas, quasi terram,
 Qui a se ipso est, sui ipsius auctor,
 2395 Ferentem eum, qui omnia virtute sua portat;
 Qui virginale claustrum minime rumpens
 Egressus est, divina virtute emicuit;
 Neque enim virgineum nexum ullo modo solvit.
 Eum genui: novi autem quomodo genuerim.
 2400 Sed quomodo custodum phalanx eum sensisset
 Redivivum, qui ipsos latet angelos?
 Quomodo mortali ex sanguine corpus fingit?

2381 *Ἐν μυστηρίοις, etc.* *Obmurmurando clanculum, ne quid inde sibi noxæ a principibus adsciscant.*

2386 *Εἰς καιρὸν ἦκεις, etc.* Ita supra vers. 1867, et *Rhes.* vers. 52, Hector ita choro respondit:

Εἰς καιρὸν ἦλθες, καίπερ ἀγγέλλων φόβον. Opportune venisti, quanquam errore denuntians.

2391 *Ἀλήπτου Λόγου. Verbi quod capi non potest ac comprehendit, qua Patrem cognatione attingit, divina generatione, et ut est Verbum Patris.*

2394 *Τὸν αὐτόρριζον, αὐτοπλάστην Δεσπότην. Quasi, qui sui ipse factor. vox minus idonea, ut Patris ἀναρχον manifestetur.*

2395 *Φέροντα, etc.* Hic versus uno pede deficit.

2399 *Ἐτικτον αὐτόν, etc.* Sæpe recurrit iste versus.

2402 *Πῶς ἐκ βροσεῶν αἱμάτων. Fingit sibi, nimirum assumit, non quod reddit Roill.: Qui corpus ipse fingat, ad excubitorem male referens.*

METRICA VERSIO.

Astu doloque ex mortuis Christum excitum,
 Vitæque certæ redditum, accurri illico
 Ut indicarem, o Domina, quidquid est tibi.
 Ergo quod a me suscipis tu nuntio
 Id tibi suade, quo nihil sit verius,
 Quod credo et ipsam vel per urbem spargere
 Famam frequentem, quando custodum ex grege
 Non desit et qui vulgus in multum efferat,
 Totumque factum prædicans, miraculum
 Efficiat illud publicum quod contigit.
 Quin civis ore, qui frequens huc venerit,
 Rem omnem audies jam: nam primus veni rei
 Nuntius, ut essem re nova acceptissimus,
 Et gaudio te maximo perfunderem.
Deip. Bene tu quidem advenis, et ejus nomine
 Habebo gratiam tibi quam maximam.
 Ades optime, inquam, maximi quamvis mali

B Nuntius, at ejus improbos quod in senes
 Magis redundet, falsa qui quam plurima
 Et vana frustra cogitarunt perditæ.
 Nam qui sepulcrum turba vigilum, aut additum
 Saxo sigillum premeret, et Verbi, capi
 Quod mente nulla possit, ad Patris sui
 Cognationem corpus unctum, quod mari
 Visum ire in ipso, non aliter ac in solo
 Firmo, ferenti ex se satum patrem omnium,
 Suoque alentem quidquid usquam est numine?
 Qui natus ex me, virginis claustrum integro,
 Emicuit illo qui Deum spirat modo?
 Nam nec mihi ille virginis nexum abstulit:
 Peperi ego eum: at quonam modo peperi scio.
 Excubitor autem morte qui tandem excitum
 Sensisset illum, qui vel ipsos angelos
 Latet? satusque sanguine ex mortalium

Ὡς σὰρξ πέφυκεν, ὡν ἄσκαρος, πρὶν Λόγος ;
 Ὡς καὶ μένων δὲ σὺν Πατρὶ πρὸς τὸν πόλον,
 2405 Ὅλος τε παντὶ, πρὸς τ' ἐμὴν ἦν γαστέρα ;
 Ταῦτ' ἐφύραξαν ἱερεῖς μάτην φθόνῳ.
 Ἡμεῖς δὲ, φίλοι, νῦν δράμωμεν πρὸς τάφον
 Στελιγῶμεν ὡς τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας,
 Πάντ' ἐξακριβώσωμεν ἀσφαλῶς ἔτι,
 2410 Καὶ πάντα δηλώσωμεν, ὡς ἔχει, φίλοις·
 Αὐτοὶ τε συνδραμοῦντες, οἴχονται πλέον.
Χορ. Καὶ μὴν ὁ Πέτρος σὺν Ἰωάννῃ φίλῳ,
 Θῆπτον δραμόντες πρὸς τάφον ζωηφόρον,
 Καὶ πάντ' ἀκριβώσαντες, εἶπον τοῖς φίλοις,
 2415 Ὡς Μάγδαλ' εἶπε Μαρία πιστουμένη,
 Πρώτῃ δραμοῦσα, πάντ' ἀκριβωσαμένη.
 Καὶ τὴν κένωσιν μηνύσασα τοῦ τάφου.

A Θεοτό. Ναί, ναί, πρὸ πασῶν ἦδ' ἔδραμεν εἰς τάφον.
 Ἐγὼ τε ταύτῃ ξυνέδραμον αὐτίκα.
 2420 Καὶ τὴν κένωσιν εἶδομεν πρὶν τοῦ ταφου,
 Ἄρσιν τ' εἶδειξε τήνδε νεκροῦ φίλτάτου.
 Καὶ πρὸς τόπον σώματος ἄλλων που θέσιν.
 Ἄλλ' εὐθέως ἐγνωμεν, ὡς τὸ πρᾶγμ' ἔχει,
 Καὶ τοῦτο μύσταις Μαρία δραμοῦσ' ἔφη.
 2425 Πέτρος δ' ἀναστάς, ἔδραμε πρὸς τὸν τάφον,
 Συνέδραμ' αὐτίκα τε μύστης παρθένου,
 Εἶδόν θ', ἅπερ εἶρηκε Μαρία σφίσι.
 Αὐ δ' ἄμμες ἐλθεῖν κατόπιν γ' ἐδράμομεν·
 Ἐγγὺς δ' ὁμῶς πάρεστιν ἦδ' ἡ Μαγδάλα,
 2430 Φήσεαί τ' αὐτῇ πᾶν ὄραμα δρᾶμά τε.
Μαγδ. Τί φῆς, κόρη Δέσποινα, χάσμα τοῦ γένους ;
Θεοτό. Ἄττα προῖδειν, καὶ προειπεῖν τοῖς φίλοις

Quomodo qui carnis expers, ac Verbum prius erat, caro factus est ?
 Quomodo permanens in caelo cum Patre suo,
 2405 Qui rerum hanc universitatem totus implebat, meo fuit inclusus utero ?
 Haec incassum invidia sacerdotes frenduerunt.
 Nos vero, amicæ, nunc ad tumulum curramus,
 Eamus quam celerrime prope sepulcrum,
 Et tuto iterum omnia perscrutemur,
 2410 Et ea quatenus se habent, nostris manifestabimus amicis :
 Et ipsi simul accurrentes nos anteverunt.
Chor. Et Petrus quidem cum dilecto Joanne,
 Festinanter currentes ad tumulum qui vitam in se continet,
 Et omnibus diligenter perpensis, dixerunt discipulis,
 2415 Quemadmodum et dixit Maria Magdalene, cui fides fuit adhibita,
 Quæ prior occurrerat, et omnia sedulo consideraverat,
 Et vacuum esse tumulum indicaverat.
Deip. Sane ante alias ista cucurrit ad monumentum,
 Et ego illi socia protinus astiti,
 2420 Et locum, qui prius erat sepulcrum, vacuum esse vidimus,
 Tum sublatum oculis dilectissimi mortui corpus ostendit (angelus).
 Et ubi fuerat corpus, alios positos.
 Verum statim cognovimus, prout res se habet,
 Et istud discipulis Maria properans nuntiavit.
 2425 Surgens autem Petrus ad sepulcrum cucurrit,
 Et una cucurrit discipulus virgo,
 Et viderunt ea quæ ipsis dixerat Maria ;
 Et nos iterum eorum vestigia prementes accessimus.
 Sed prope astat ipsa Magdalene,
 1346-1347 2430 Ipsa loquatur, quidquid auditum aut actum fuit.
Magd. Quid ais, Virgo domina, gaudium generis humani ?
Deip. Quæcunque te vidisse, et discipulis pertulisse

2405 Ὅλος τε παντὶ. Qui totus erat in orbe universo, etc.

2413 Ζωηφόρον. Ita supra vers. 1911.

2419 Ἐγὼ τε ταύτῃ, etc. Quod eo loci ait sancta Virgo, plene confirmat id quod dictum fuit supra

not. in vers. 1986.

2422 Ἄλλῳν που θέσιν. Alios positos, nempe duos angelos, ut refert Joan. xx, 12. Editi ἄλλων. Legi etiam posset ἄλλου. Alia scilicet linteamina.

METRICA VERSIO.

Qui corpus ipse fingat ? aut quonam modo
 Verbum caro ille visus, expers qui fuit
 Carnis ? suo qui cum Patre in caelo manet,
 Qui ventre totum bajulans tuli meo ?
 Hoc propter ipsi exstantes perdito
 Livore scribæ frenduerunt. Nos tamen,
 O charæ amicæ, nos ad urnam deus
 Properemus : accedamus ad tumulum prope ;
 Timoreposito cuncta noscimus, sinum
 Quæ in amicorum congeramus postea,
 Ut sese habent. At nos suo cursu quoque
 Ipsi anteverunt. *Chor.* Quin et ipse apostolo
 Cum juvene casto Petrus ad tumulum ocuis
 Vitalem ut accessere, et omnia gnæviter
 Videre, amicis indicarunt omnibus,
 Ut Maria nobis retulit, cui fides
 Est habita, prima quæ concurrat omnia
 Scrutata, deinde nuntiavit corpore

B Vacuum sepulcrum. *Deip.* Et illa certe prævio
 Prævertit omnes cursu ; ego illi protinus
 Socia astiti, vacuumque vidi una locum
 Sepulcri, et ille qui ad sepulci corporis
 Caput sedebat, mortui charissimi
 Jamque redivivi signa certa protulit.
 Nos ergo primum ut novimus quo se modo
 Res ipsa haberet, Maria festino gradu
 Properans, idem hoc apostolis dixit, simul
 Et Petrus ipse cum juvene casto exitus
 Contendit ad sepulcrum, ubi haud alio omnia
 Videre, quam quo Maria dixerat modo.
 At nos emtes pone, rursus assequi
 Dabamus operam. Sed Maria nunc optime
 Illa ipsa prope adest, quæ quod auditum simul
 Visumque dicet. *Magd.* Quid ais, o castissima
 Virgoque generis lætitia nostri, et salus ?
Deip. Quæcunque dixi te ante vidisse, et prius

Εἶρηκα, αὐτὴ ταῦτ' ἀπαγγέλλου κόραις.
Magd. Οὕτως ἔχει, Δέσποινα, καθάπερ λέγεις.
 2435 Οἶδας γάρ, οἶδας τῷ τάφῳ με πρῶσαι,
 Ὅσα τ' ἔφην, ἔκλυες. Οὐ χρεῖμ' αὐ λέγειν,
 Ἄπερ δραμοῦσα πρὸς πανάλιον τάφον
 Μόνη τὸ πρῶτον, εἶτα σὺν μύσταις δυοῖν,
 Κάκει δακρυχέουσα, παρισταμένη
 2440 Ἀνιστόρησα, κάκριθωσάμην τρανώ.
 Λευχειμονούντας τ' εἶδον ἀγγέλους δύο.
 Ἄνω κάτω τε τοῦ τάφου καθήμενους,
 Τὸν μὲν κεφαλῇ, τόνδε δ' αὐ πρὸς τοὺς πόδας·
 Καί τοῦσδ' ἀπαστράπτοντας ἰδοῦσ' ἐνθώς,
 2445 Ἔστην καταπλαγεῖσα χαρᾶ καὶ φόβῳ.
 Ἔτ' αὐ δι' ὤτων γῆρυν, οὐκ ἦν εἰκάσαι,
 Ἐδεξάμην γε, καὶ μετεστράφην δρόμῳ·

A Αὐτίκα δ' ἀθρῶ Χριστὸν ἐν καινῇ θέᾳ.
 Μορφή γάρ οὐ φαῦλόν τιν' εἰσθαλεῖν ἔφην,
 2450 Πιτνῶ τε πρὸς γῆν, καὶ ποδῶν ἐφηπτόμην·
 Ὅ δ' ἀπέπεπε, καὶ φίλοις ἐπεπέ με·
 Καὶ τῶνδ' ἀκούσας, ὧν ἐμαίμην μαθεῖν,
 Ὡς πρὸς πόλον γ' ἄνεισι καὶ τὸν Πατέρα
 (Οὕτω δ' ἀναβέθηκεν, ὡς ἔφη, τέως,
 2455 Ἐν γῆ μένων δὲ πρὸς Γαλιλαίαν φίλους.
 Ὡς σφίσι εἶπε, προφθάνει καὶ προσμένει)·
 Μύσταις ἅπαντα ταῦτα τοῖς φίλοις ἔφην.
 Οἱ δ' οὐδὲν ἠγάσαντο τοὺς ἐμούς λόγους,
 Ἄλλ' ἦλθον αὐτοὶ πρὸς τάφον ταχυδρόμοι,
 2460 Εἶδόν θ', ἅπερ ἔκλυες. Οὐ χρεῖ δ' αὐ λέγειν,
 Ἄτε ξυνοῦσης καὶ σθένος πρὸ βραχέως
 Ἐκλυον ἱστορήσας, οἶδας παγκάλως.

Ego dixi, hæc ipsa puellis renuntia.
Magd. Res ita se habet, Domina, quemadmodum dicis.
 2435 Nosti enim, nosti me ad tumulum prævisse,
 Et quidquid dixi, audivisti. Opus non est iterum ea dicere,
 Quæ currens ad hunc tumulum omnium bonorum fontem
 Sola prior, deinde cum duobus discipulis,
 Et ibi uberem lacrymarum copiam fundens, et assidens,
 2440 Interrogavi, et diligenter scrutata sum.
 Vidi duos angelos vestibus albis indutos,
 Supra et infra sepulcrum sedentes,
 Hunc ad caput, istum ad pedes:
 Et utrumque divinitus radiantem videns,
 2445 Steti gaudio simul et tremore percussa.
 Deinde auribus vocem, cui nihil est quod comparare queam,
 Excepi, et cursu sum conversa:
 Confestim vero sub nova specie Christum conspicio.
 Aliquem vero præstantissimum forma exhiberi dixi,
 2450 Ad terramque concido, et pedes amplecti gestiebam:
 Abnuebat autem ille, et ad discipulos me mittebat;
 Et iis auditis, quæ scire avebam,
 Nempe quod ad cælum et ad Patrem suum redit
 (Nondum vero ascendit, ut dixit,
 2455 Sed in Galilæam discipulos, in terris degens
 Ut ipsi dixit, prævertit, et exspectat);
 Hæc omnia dilectis discipulis suis nuntiavi.
 Illi autem meos sermones nihili pependerit,
 Sed ipsi pernici cursu ad tumulum venerunt,
 2460 Et viderunt ea quæ audisti. Sed non opus est ea iterum loqui,
 Quæ a temetipsa teste oculata summam
 Audierunt; cum sciscitata fueris, optime nosti.

2435 *Εἶρηκα. Dixi.* Ita videtur legendum. Edit. autem *εἶρηκας*.

2441 *Λευχειμονούντας.* Ita legendum postulat metrum. Edit. *Λευχειμούντας*.

2449 *Μορφή γάρ οὐ φαῦλον*, etc. Ita fere legitur supra vers. 2093.

2456 *Προσμένει.* Ita legendum videtur. Edit. autem habent *προσμένειν*.

METRICA VERSIO.

Dixisse amicis, virginum effer in chorum.
Magd. Ut dicis, ita se, Domina, prorsus res habet.
 Et testis ipsa, testis es mihi optima,
 Venisse iuane me ad sepulcrum, et tu tenes
 Quæcunque dixi, quæ repetere nil juvat.
 Certe beatam sola cum primo urnulam
 Cursu attingissem virgine una atque altera
 Comitata, fundens lacrymarum copiam
 Ingentem, et illic assidens, atque altius
 Scrutata cuncta, candidis stolis duos
 A parte summa tumuli et intima angelos
 Vidi sedentes, hunc quidem ad caput, alterum
 Pedes ad ipsos; quos sine Dei numine
 Cum non putarem luce tanta splendidos,
 Percussa simul et gaudio et metu astiti:
 Ibi aure vocem non sonantem quidpiam
 Mortale penitus hausit, et ad vocem illico
 Conversa, Christum conspicor vultu novo:

B Ego forma ab ipsa quidpiam non iudicans
 Vile æstimandum, procido in terram, pedes
 Prebendo: at ipse me statim ablegans, suis
 Mittit ad amicos, non tamen ab ipso rudem
 Eorum, ab ejus ore quæ contenderim
 Audire, nempe quod sit in cælum ad Patrem,
 Ut ipse dixit, jam efferendus: nondum enim
 Ascendit ille, sed ut amicos antea
 Monuit, futurum cursu ut anteverteret
 Galilæa in ora, unaque degeret, pede
 Hæc ima figens. Omnia hæc apostolis
 Detexi: at illi verba nihili pendere
 Mea, venientes ad sepulcrum præpete
 Celerique cursu, et hæc videntes omnia
 Quæ rescisti: nam quid illa juverit
 Repetere, quæ tu noris antea optime
 Audita? et ipsa tu tenes quæ videris.
 Nam prima quando cum tibi charissimis

Τὰ πρὶν γὰρ ἀκούσασα σὺν φίλαις κόραις,

θάμβει καταπλαγείσ', ἐμοὶ ξυνιέναι

2465 Ἐν δυοῖν ἄλλαις Μαριαῖς φιλομέναις,

Ἐβραμὲς ἰδεῖν, ἅπερ ἔκλυες πάρος,

Ἐπίς τε πάντα, καὶ σὺν Ἰῖδν, ὡς ἔδει.

Ἐγὼ δὲ κλύω καὶ φίλων ἄλλους δύο

Νῦν, ἀπιόντας ὡς πρὸς ἄγρον, τόνδ' ἰδεῖν,

2470 Καὶ πάντα μαθεῖν, ὧν μαθεῖν εἶχον πόθον,

Οἱ καὶ τρέχουσι τοῖς φίλοις εἰρηκέναι·

Κἀκεῖ συνελθεῖν θάπτον ἡμᾶς νῦν δέον.

Ἦως βωμεν αὐτε καὶ τὸν Δεσπότην.

Ἰδοῦ γὰρ ἤδη καὶ κνέφας τῆς ἑσπέρας.

2475 Δράμωμεν σὺν, δράμωμεν ἤχι τοὺς φίλους

Τὰ νυκτερινὸν συνάγειν οἶμαι κνέφας.

Ἰδοῦ καταίληψαμεν οἶκον Μαριας,

A Ὅπῃ παρεῖναι καὶ φίλους μύστας κλύω,

Ἐντὸς πυλῶν μένοντας ἐγκεκλεισμένους,

2480 Πάντας τρέμοντας τοὺς μαιφόνους ἔτι.

Καὶ κλειθρα πυλῶν ἡσφαλισμένα μένει·

Πῶς δ' εἰσώμεν, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων;

Ἦδη δ' ἔκλυεν, ὑπανοίγει τ' ἡρέμα

Μαρία φίλη, συγκαλεῖ τ' εἰσιέναι.

2485 Ἄλλ' εἰσώμεν ἡσύχῃ ποδὸς βάσει,

Ὡς μὴ θορυβήσωμεν ἐμφόβους φίλους.

Ἰδοῦ συνηθροίσθημεν ἕνδεκα φίλοις,

Ἄλλοις τε πᾶσι τοῖς συνοῦσι φίλοις.

Αὐθις δὲ πύλας ἀσφαλιζει Μαρία.

2490 Οὐκοῦν σίγα κλύωμεν αὐτοῦ Κλέοπα·

Πάρεστι καὶ γὰρ, ὡς ὄρω, καὶ πόλλ' ἄδει

Τὸν Δεσπότην φῆναι τε καὶ δρᾶσαι σφίσιν,

Cum enim ea prius audieris cum dilectis puellis,

Metu percussa, te mihi sociam dedisti,

2465 Adhibitis duabus aliis dilectis Mariis,

Cucurristi ad videndum ea quæ prius audieras,

Vidistique omnia, etiam tuum Filium, ut decebat.

Quin et audio duos alios e discipulis

1348-1349 Nunc, cum rus quasi profecti essent, ipsum vidisse,

2470 Et omnia didicisse quæ nosse valde exoptabant,

Qui et currunt, ut cæteris discipulis id eloquantur :

Et illuc nos nunc cito convenire oportet.

Forsitan et rursus Dominum videbimus.

Ecce enim jam et crepusculum vespertinum.

2475 Curramus igitur, curramus, ubi discipulos

Ob nocturnas tenebras congregandos fore arbitror.

En pervenimus ad domum Mariæ,

Ubi dilectos discipulos adesse audio,

Foribus oclusis manentes,

2480 Adhuc omnino a carnificibus metuentes.

Et fores sunt diligenter obseratæ :

Quomodo autem, januis clausis, ingrediemur ?

Jam vero audiit, et sine strepitu aperuit

Dilecta Maria, utque subeamus invitat.

2485 Ingridiamur proinde leni pedum gressu ;

Ne amicis paventibus novum tremorem incutiamus,

Ecce congregatæ sumus undecim discipulis,

Et aliis omnibus qui se ipsis immiscuerunt.

Fores iterum diligenter obserat Maria.

2490 Itaque silenter ipsum audiamus Cleopham ;

Adest enim, ut video, et plura narrat,

Quæ Jesus ipsis dixit et egit,

2469 Ὡς πρὸς ἄγρον, etc. Non bene interpres,
in agrum se contulisse, ut quidquid est, intelligant,
quasi rus petissent, ut de Jesu audirent et intelli-

gerent, quod neque textus sacer, neque ullus inter-
pretum innuunt.

2497 *Συνηθροίσθημεν*. Mendose ed. συνθροίσθημεν

METRICA VERSIO.

Ma audiisses, attonita mirabili
Hæc re novaque, me tibi comite, adhibitis
Mariis duabus, tu cucurristi illico,
Visura certo quæ ante tantum audiveras.
Nunc visa cuncta, visus et tibi tuus,
Ut addecebat, Filius : quin et duos
In agrum amicorum ex grege alios audio
Se contulisse, ut quidquid est, intelligant,
Cernant, et animi de sui sententia
Discant ; et ecce jam futuri nuntii
Ipsis amicis, concito cursu evolvant.
Omnes eo nos convenire commodum.
Nam sorte nobis Dominus iterum se offeret
Etiam videndum. Et ecce jam micat hesperus,
Instansque tenebræ. Ergo ocius quin tendimus
Quo nunc amicos noctis in caligine
Puto coactos ? En domum pervenimus

B Mariæ, ubi charos audio oclusa fore
Adesse apostolos, timentes scilicet
Adhuc latronum barbaram et diram manum.
Quin et seræ omnes januæ obductæ, et fores ;
Et quomodo autem, foribus oclusis, domus
Patebit aditus ? Audiit certe, et sine
Strepitu reclusit Maria chara clanculum,
Utque subeamus provocat. Quare domum
Suspensa paulatim pedum vestigia
Sensim ferentes, ne metu jam perditos
Turbemus, ingrediamur. En nos undecim
Nobis amicis, et aliis, qui se regi
Immiscuerunt, congregatæ venimus.
Tu denuo ipsas, Maria, communi fores.
Itaque silentium imperans volo, Cleopham
Nunc audiamus ; namque adest, et plurima,
Ut video, narrat quæ Dominus ipsis palam

Ὅπως τέ μιν συνήχαν ἄρτου τῆ κλάσει.

Ἄ, ἀ! σίγα, σίγα.

2495 Ἔστηκεν ἰδοῦ Δεσπότης θυρῶν ἔσω,

Ὅντως μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.

Πῶς, πῶς πάρεστι, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ;

Τάχ' ὡς ἀνέστη καὶ τάφου κεκλεισμένου,

Καὶ πρὶν προῆλθεν ἐκ πυλῶν τῆς παρθένου,

2500 Ἄλυτα τηρῶν κλειθρα μητρὸς πανάγου.

Χριστ. Εἰρήνη ὑμῖν.

Τί δὴ θροεῖσθε ; χεῖρας ἰδοῦ καὶ πόδας,

Αὐτὴν τε πλευρὰν τὴν ἐμὴν νενουγημένην

Τρανῶς ἰδόντες, γνῶτέ μ' ὡς ἐγὼ πέλω

2505 Ἐγμ' αὐτός· οὐ γὰρ πνεῦμα σάρκα πως ἔχει,

Οὐδ' ὁστέα ξύνεστι τῷ πνεύματι που,

Καθάπερ αὐτὸν νῦν ὁρᾷ ἔχοντά με,

Καὶ ψηλαφήσαντές μ' ἴδεσθ', ὡς πάντ' ἔχω.

Καθὼς δ' ὁ Πατὴρ ἐνθάδ' ἀπέσταλκέ με,

A 2510 Οὕτως ὁμᾶς πρὸς κόσμον ἐκπέμπω κἀγὼ,

Καὶ Πνεῦμ' ἅγιον ἐμπνέω φλοις ὑμῖν,

Ὅπερ λαθόντες παντὶ κηρύξατέ με

Σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τῷ παναγίῳ.

Ἄπιτε γοῦν, ἀπιτε, κήρυκες φλοι.

2515 Ἄσατ' ἐπὶνικί' ἀνά πάσαν χθόνα,

Καὶ βασιλείους ἀμφιδραμόντες δόμους,

Ἐρεῖτε Δαυίδου πόλιν, πᾶσ' ὡς Ἰη

Σωτήριον τάχιστ' ἀνιόντ' ἐκ τάφου.

Ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἐν πάσῃ χθονί.

2520 Σώσει δ' ἑαυτὸν, ὃς λόγον δεδεγμένος

Ἀσπάζεται βάπτισμα, βύσιον λύθρου·

Ὅς δ' ἀποδιώξει τοὺς ὑμῶν λόγους,

Ὅθ' ὡς ἀπιστος ἐμπέσει κατακρίσει.

Ἐφ' ᾧ δίδωμι Πνεύματος θείου χάριν.

2525 Οὐ δ' ἂν λύσητε δεσμὸν ἀμπλακημάτων,

Καὶ δεσμόλυτος εὐρεθήσεται τότε·

Et quomodo eum in fractione panis cognoverint.

Ah, ah! sile, sile.

2495 Stat ecce Dominus intra fores,

Res vere maxima admiratione digna.

Quomodo, quomodo, foribus oclusis, adest?

Forte, quemadmodum et e sepulcro obsignato surrexit,

Et antea ex virginis alvo prodiit,

2500 Intacta castissimæ matris vincula servans.

Christ. Pax vobis.

Quid obstupescitis? ecce manus et pedes

Ipsumque meum latus perforatum

Clare videntes, agnoscite me, quia ipse

2505 Sum ego; neque enim spiritus ullatenus carnem habet,

Neque uspiam ossa spiritui inhærent,

Quemadmodum me ipsum nunc videtis habere,

Et manum admoventes cernitis me omnia habere.

1350-1351 Sicut autem Pater huc me misit,

2510 Ita et vos ego in mundum mitto,

Et vobis, dilecti, Spiritum sanctum insufflo,

Quem accipientes ubique prædicate me,

Cum Patre meo et sancto Spiritu.

Ite igitur, ite, charissimi præcones,

2515 Decantate carmen triumphate per totum orbem terrarum,

Et regias circa domos accurrentes,

Davidis urbi nuntiate, ut tota videat

Sui salvatorem ex tunulo modo redivivum.

Testes mihi eritis in universa terra.

2520 Salvus erit, qui sermonem excipiens

Amplexabitur baptismum, mei sanguinis pretium;

Qui autem vestros sermones repulerit,

Ut infidelis damnationem incurret.

Quapropter vobis largior divini Spiritus gratiam.

2525 Cujus delictorum vincula solveritis,

Et ipse a vinculis solutus tunc inveniatur:

METRICA VERSIO.

Et dixit, et fecit, ut eum ipsum noverint,

In fractione panis. A, a! tace, tace.

Stat ecce Dominus has fores intra: novum hoc

Dignumque vere maximo miraculo.

Et quomodo autem foribus oclusis adest?

Quin forte et idem sic sepulcro condito

Clausoque surgens exiit, velut antea

Virginis ab alvo prodiit, matris suæ

Infracta servans claustra quam castissimæ.

Christ. Pax omnibus vobis. Quid obstupescitis?

Jam vos manus has, jam pedes hos cernite:

Videte propius quod mihi est fossum latus,

Certumque habete, quod ego sum ipse. Spiritus

Sine carne et osse, quæ tamen mihi omnia

Manum admoventes vos adesse cernitis.

Ut huc Pater me misit, ego sic vos quoque

Amando in orbem, et Spiritu imbuo.

Illo recepto, vos in omnes spargite

B Et me, et Patrem ipsum, et Spiritum sanctum. Ite jam

Vos, ite, chari buccinatores, sinus

Per orbis omnes, regiasque per domos

Canite epinicia, et triumphi lauream;

Davidis urbem rumor hic totam impleat:

Ut norit illum, cujus in manu est salus,

Victo sepulcro et morte, vitæ redditum.

Vos eritis hujus cuncta per terræ loca

Testes mihi. Qui verba vestra audiverit,

Qui sacra aqua se laverit baptismatis,

Quæ purgat onni sordē, se tandem locum

Is vindicabit in beatorum gregem:

At qui recusans, verba vestra spreverit,

Hic infidelis, in locum amandabitur

Atrum et calentem continentibus ignibus.

Hoc propter in vos spiro sancti Spiritus

Cœlestē nūmen. Cujus, hoc, cunque loco

Vincula scelerum solvetis, hic liber quoque

Ὁ δ' ἄν κρατῆτε δεσμῶν ἀμπλακημάτων,
 δεσμοὶς ἀλύτων κεκρατημένους μενεῖ.

Τοῦνδε δεσμῶν ἀλύτων με, παντάναξ,
 2530 Ὁ δεσμολύτης αὐτὸς ἄν, Σῶτερ, λύσον,
 οὐκ, φῶ! μὲ κατέδησεν ἀπροσεξία.

Ἐχθρὸς δ' ὁ πλάνος κατεδάρυσε φθόνῳ,
 Ὅρων με τῶν πρὶν ἀλύτων λελυμένον
 Τῇ πρὸς σὲ πίστει, δωρεᾶ φιλαγάθῳ.

2535 Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ Παῖ, Βασιλεῦ πιντάναξ,
 Τὸν ἀρχέκακον καταπατήσας ὄφιν,
 Ἐγάτων ἐχθρῶν καθδαλῶν τε τὸν πότμον·

οὐκ μὲ ἐάσης κυριευθῆναι πάλιν,
 Ἄναξ, Ἄναξ ἀφθιτε, σὺ θεὸς μόνος·

2540 Κριτὴς τε πανένδικος ἔρχῃ με κρίνων.
 Πᾶς γοῦν ἐγὼ σε τῷ τότ' ἀθήρσω, Λόγε;

A Ὅμμασι θ' οὐκ ἀτενίσω σὸν θρόνον,
 Ἐμαυτὸν ἀνάξιον ἐνδείξας τάλας

Πόλου τε καὶ γῆς, σῆς τε δημιουργίας;
 2545 Ὁ δυσμενῆς ἤρπασε, κατήγαγέ με
 εἰς βόθρον, εἰς τάρταρον, εἰς χάος μέγα.

Σφοδρῶς διώξας κατέλαβέ μ' ὁ πλάνος,
 Ὅλον με κατέπτωσεν εἰς ἄβου ζόφον.

Ἔλεε, θεέ, νέμε χέρι, φέρε με,

2550 Καὶ μὴ μ' ἐάσης; χάσμα τῷ βροτοκτόνῳ.

Σὸν εἶμι πλάσμα, σὺ με αἰδέουσον μόνος,

Καὶ πλῆξον αὐτὸς φιλαγάθῳ; ἐνθάδε,

Καὶ μὴ γεένην παραπεμφθῆναι λίπης.

Ῥύσει, λισσόμυσθ' ὁ, ἡδίκησαμεν,

2555 Καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴ τε καὶ νοῦς ἀθλίως.

Ἡμάρτομέν σοι, πολλὰ τ' ἠνομήσαμεν.

Cujus autem peccatorum nexus retinueritis,
 Insolubilibus nexibus remanebit astrictus.

His autem vinculis insolubilibus, omnium Rex,
 2530 Qui nexus ipse solveris, o Salvator, me libera,
 Quibus, eheu! me constrinxit segnitias.

Hostis seductor invidia oppressit,
 Cernens me viuculis antea insolubilibus liberum
 Per fidem in te, et tua munificentissima benignitate.

2535 Salve, o optime optimi Fili, Rex supreme,

Qui mali principem conculcasti serpentem,

Et novissimum hostem mortem evertisti:

Quibus ne iterum me opprimi sinas,

Rex, Rex immortalis, tu Deus unice,

2540 Qui et-judex omnino æquus, venies me judicaturus.

Quomodo igitur te nunc intuebor, o Verbum?

Quos oculos in tuum thronum desigam,

Qui memetipsum indignum exhibui miser

Cælo, terra, tuæque providentia?

2545 Infensus hostis me rapuit, detrusitque

In foveam, in tartarum, in chaos immensum.

Acriter persequens seductor me corripuit,

1352-1353 Et me totum in tenebras inferni demersit.

Miserere, Deus, præbe manus, et sustenta me.

2550 Neque me hominum interfectori ludibrium sinas:

Sum tuum figmentum, tu me-solus corripias;

Et hic me tu ipse benigne percutias,

Neque me ad gehennam mitti permittas.

O Redemptor, te deprecamur, inique egimus,

2555 Et corpore, et mente, et animo infelicititer.

Peccavimus tibi, et in pluribus te offendimus.

2529 Τοῦνδε δεσμῶν, etc. Votum poetæ, et con-
 clusio operis.

2535 Χαῖρ', ἐσθλός, etc. Ita supra vers. 2095, etc.,
 et *Alas.* vers. 389.

2554 Ῥύσει, λισσόμυσθα, etc. Ita sere *Bacch.*
 vers. 1342 Cadmus Dionysium deprecatur:

Δίονυσε, λισσόμυσθ' ὁ, ἡδίκηκαμεν.

Bacche, supplices tibi sumus, peccavimus.

METRICA VERSIO.

Tunc est futurus: cujus autem vincula
 Premetis arcta criminum, idem vinculis
 Astrictus erit his, quæ resolvi non queant.

Vinculis ab illis quæ manu nulla queant

Solvi, supreme Rex, salus certa omnium,

Qui vincula ipse solveris, me libera,

Quibus mea negligentia miserum, o dolor!

Constrinxit me: callidus vero invidens

Seductor impulit altius me, munere

Tuo benigno, per fidem in te maximam,

Quæ cum videret ante armis liberum.

Hostis, bene o Rex, sate bono, Rex omnia

Quæ mente, mortem qui hostium summam opprimis:

Me jugo horum rursus indigno premi

Permiste. Tu, Rex integer, Rex et Deus

Unice, tuus æquus huc mei judex venis.

Quomodo, o Verbum, te ego illo tempore

B Intuear? oculos quos tuum in thronum eri-
 gam,

Qui me polo, terraque non dignum, et tua

Miser fabrica prodidi? Ille perditus

Infensus hostis me profundum in tartarum

Foveamque misit, et chaos vastum: improbus

Impositor ubi me nactus est, sic jugiter

Est persecutus, ut me in orci pallidam

Sedem tenebris, improvidum merserit.

Miserere mei, o Deus, manus cape, et rege:

Ludibrium me non sine hominum pestibus.

Figmentum ego tuum sum, o Deus, tu me quoque

Punito solus, tu feri me leniter

Viventem, et hinc me ne relegari sinas

Æternum ad ignem. Te, o Redemptor, poscimus,

Egimus inique, mente, corpore, et animo;

Gravissimum istud quod tibi peccavimus,

Quod sæpius nos devii te offendimus.

Ὁψ' ἐμάθομεν, δε' ἐχρῆν οὐκ εἰδότες,
 Κούδ' ἐκ τότε ἰδράσαμεν, ἅπερ σοι φίλα.
 Γινώσκομεν σφάλματα, σὺ δὲ παρόρα.
 2560 Ἴσμεν δὲ σ' ὄργαν οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.
 Οἰκτεῖρον, ὦ Σῶτερ, μὲ, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
 Ἄμπλακίαισιν ἀπολέσθαι καλλιπῆς.
 Παις γὰρ ἐγὼ σός, παῖς τε παιδείας σέθεν,
 Ἐμοῦ δ' ἔκητι πότμον ὑπέστης, Ἀδγε,
 2565 Καὶ δυσμενεὶ με χάσμα μὴ καταλίπης.
 Ῥάβδῳ δὲ σῆ παιδευς, κλήν φιλαγάθως.
 Πρὸσβιν δίδεξο μητέρα σην, ὦ Ἀδγε,
 Σφᾶς θ', οἷς ἔδωκας δεσπολῶτιν σου χάριν.

Sero didicimus, nescientes quando oportuisset,
 Et nequidem deinceps egimus ea quæ tibi placebant.
 Errores nostros agnoscimus; tu vero remitte.
 2560 Scimus autem te minime mortalibus ira esse similem:
 Misereare, o mi Servator, neque propter mea
 Peccata nos internecioni nostræ derelinquas.
 Tuus enim sum filius, filius et tuæ ancillæ,
 Et mei gratia, o Verbum, mortem subisti,
 2565 Et inimico me gaudium ne dimittas.
 Virga tua percute, sed benigne.
 Tuæ Matris intercessionem admitte, o Verbum,
 Et eorum quibus solvendi gratiam tribuisti.
 Veneranda, colenda, omnino beata Virgo,
 2570 Tu quidem cœlestes beatorum sedes incolis,
 Exuta quidquid est fecis humanæ,
 Immortalitatis pallio amicta,
 Sentique in perpetuum, ut Deus, expers agnita:
 Verbis autem meis superne sis propitia.
 2575 Sane, Virgo inclyta, meos excipe sermones.
 Tibi enim soli inter mortales hic honor competit,
 Ut Verbi parenti, etsi supra modum.
 Quo fretus ego, hisce compellare sermonibus audeo,
 Et tibi coronam contextam ex illibato
 2580 Prato, o Domina, floribus ornatam, tibi fero,

2557 Ὁψ' ἐμάθομεν, etc. Sic ibid. vers. 1343
 respondet Bacchus:

Ὁψ' ἐμάθεσθ' ἡμᾶς, δετε δ' ἐχρῆν, οὐκ ἤδετε.
 Sero cognovistis nos, et cum oportebat, non noratis.
 2561 Οἰκτεῖρον, ὦ Σῶτερ, etc. Sic ibid. vers. 1118
 Pentheus matrem suam deprecatur:
 Οἰκτεῖρε δ', ὦ μήτερ, μὲ, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
 Ἄμαρταισι παῖδα σὺν κατακτάνης.
 Misereare igitur me, o mater, neque propter mea
 Peccata tuum filium interficias.
 2573 Ὁς θεός. Roill. ut dea habita, quæ vox
 pietati Christianæ minus consentanea. Comparatio
 namque vox est, non denominatio. Cæterum hæc
 ad Mariam apostrophe longior, cum omnibus hono-
 ris titulis, qui Filio conveniant, παντάνασσα, et
 imo assumptio corporis beatæ Mariæ, Damasceni
 sæculum saltem redolent, veletiam viii^o et ix^o longe
 posterius. Hæc enim honoris nomina multiplicata,
 et cætera quæ hic habentur, recentiorum sunt in-

venta. Unum est in tota Tragedia, quod tantillum
 sapit Gregorium, quod scilicet ludit in verbo, λόγος.
 — Sic Benedictini quorum iudicium posset infir-
 mari, adhibitis multis sancti Ephrem precibus,
 quæ honoris titulos et plures et splendidiore con-
 tinent. Quod ad Assumptionem spectat multa pos-
 sint etiam afferri, quæ hanc duriorum sententiam
 debilitare queant. Cur autem hæc Tragedia Gre-
 gorio videatur abjudicanda, vide in Argumento.
 CAILLAU.

2576 Μόρον. Forte melius μόνη: sic Hipp. vers.
 84 sensu diverso, juvenis iste Minervæ, suæ pa-
 tronæ, ita gratias agit:

Μόνῳ γὰρ ἐστὶ τοῦτ' ἐμὸν γέρας βροτῶν.

Soli enim mihi est hoc munus ex mortalibus.

2579 Καὶ σοὶ στέφανον, etc. Sic ibid. vers.
 73, etc., Hipp. suum erga Minervam promittit obse-
 quium ipsiusmet verbis.

METRICA VERSIO.

Sero didicimus quid deceret, inscii;
 Neque tamen illo ex tempore edocti, tibi
 Præstitimus unquam grata quæ cognovimus.
 Lapsum fatemur, tu remittens parcito.
 Nam quæ ira pectus concoquit mortalium,
 Hæc nulla (scimus) te premit talis. Mei
 Miserere, o servator Deus, neve in meis
 Perire sinito noxiis. Nam filius
 Tuus ego sum, ancillæque filius tuæ.
 Quia tu ipse, Verbum, gratia mea unius
 Mortem tulisti: proinde ne ludibrium
 Permite me hosti, sed tua virga tamen
 Humaniter me corripe: et Matrem tuam
 Venerandam, o Verbum, admitte, et hos omnes quibus

B Ut vincla solverent delisti gratiam.

Veneranda, o Virgo, casta, felicissima,
 Quando beata nunc beatorum in polo,
 Exuta quidquid fecis humanæ, sedes,
 Æternitatis pallio ornata, ut dea
 Habita, senectæ expers, supremo ex æthere
 Benigna adesto vocibus meis: preces
 Admitte, Virgo o inclyta, hic, quando tibi
 Verbi parenti, sed supra modum tamen
 Legemque, solus inter omnes contigit
 Honor. Ego fretus his, tibi me audentius
 In verba supplex offeram, et suavissimo
 Contextam ab horto qua tuum exornem caput
 Coronam, o Domina, proferam, ut quæ, gratia

Ἄνθ' ὧν με πολλῶν ἤξιωσας χαρίτων.
 Ἄει τε βύη συμφορῶν πολυτρόπων,
 Ἐχθρῶν ὄρατῶν, ἀοράτων τε πλέων.
 Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὡσπερ ἠὲξάμην, βίου,
 2585 Πουτῶν ἀεὶ σε προστάτην παντὸς βίου,
 Καὶ πρέσβιν εὐπρόδοκτον ἐς ὄν Γίγα,
 Σὺν εὐαρεστήσασιν αὐτῷ φιλάγοις.
 Μὴ γοῦν ἐάσης ἐκδοθῆναι βασάνοις,
 Καὶ χάριμ' ἔσσεσθαι δυσμνεῖ βροτοφθόρῳ.
 2590 Πρόστηθι, καὶ βῦσαι δὲ πυρὸς καὶ σκότους
 Πίστει δικαιοῦσθι με, καὶ χάριτί σου.

Pro pluribus beneficiis, quibus me dignata es,
 Et tu semper a multiformibus calamitatibus me liberaes,
 1354-1355 Ab hostibus visibilibus, et plerumque invisibilibus.
 Finem autem vitæ habeam, ut optavi,
 2585 Te semper omnis vitæ præside fruens,
 Et acceptissima apud Filium tuum patrona,
 Cum virginibus quæ ipsi placuerunt.
 Ne igitur sinas me tradi tormentis,
 Et inimico hominum corruptori esse ludibrio.
 2590 Tuere me, et ab igne et tenebris erue me,
 Fide quæ justitiam parit, tuaque gratia:
 Ex te enim nobis gratia illuxit a Deo,
 Et tibi eucharisticum hymnum texo.
 Salve, o puella, omnium lætitia, mater virgo,
 2595 Decora super omnes virgines,
 Cœlestibus ordinibus eminentior,
 Domina, omnium regina, generis humani gaudium.
 Benevola semper esto tuo generi,
 Et mihi utique maxima salus.
 2600 Tribue mihi, Domina, delictorum expiationem,
 Et mihi præsta animæ salutem.

περὶ τῆς ἀκακίας Στεφάνου 592.

περὶ τοῦ Σωτήρος Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ μακροθυμίας 593.

περὶ τοῦ Σταγειρίτου 594.

περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Παρμενῶνος *ibid.*

Reliqua desunt.



NICETÆ DAVIDIS

PARAPHRASIS

CARMINUM ARCANORUM S. GREGORII NAZ.

CURA ERNESTI DRONKE E CODICE CUSANO EDITA.

(Gottingæ 1840, 4°.)

PRÆFATIO.

Causam hujus libri emittendi dedit mihi codex bibliothecæ Cusanæ, qui, cum Nicetæ Davidis commentarium in omnia S. Gregorii Nazianzeni carmina, quæ ille sibi interpretanda delegit, totum contineat, ita cooperatus est, ut controversiam de scriptore ejusque opere dirimere posse videatur. Etenim in magno scriptorum numero qui nomen Nicetæ ferunt (v. catalogum eorum in Fabricii Bibl. Gr. vol. VII, p. 747 ed. Harles.), duo sunt qui interpretationes in nonnulla Gregorii Nazianzeni opera scripserunt, alter Nicetas David, alter Nicetas cognomine Serron sive Serrariensis. De Niceta Davide, qui philosophus, historicus et rhetor appellatur, egit Martinus Hankius in libro De Byzantinorum rerum scriptoribus, c. 16, p. 258 sqq., a quo sua habet Fabricius l. l. Episcopus fuit Dadybræ (a), quæ urbs sita erat in Paphlagonia, unde Dadybrenus vel Paphlago cognominatur. Vixit sæculo nono, sed quo anno natus aut mortuus sit, ignoramus. Hoc constat eum mortem obiisse post annum 880; nam irruptionem illis temporibus a Saracenis in Siciliam factam atque eversionem Syracusarum ipse narrat in Vita Ignatii patriarchæ Cplitani. Præter Vitas SS. Hyacinthi et Eustachii editas a F. Combes. et præter Vitam S. Ignatii patr. Cpl. actis concilii Cplitani quartæ quod dicitur œcumenicum octavarum insertam scripsit interpretationem sive metaphrasim τῶν ἀποφθέτων ἐπὶ τῶν Gregorii Nazianzeni. Nicetas vero Serrariensis, qui ex episcopo Serrarum in Macedonia prima metropoli Heracleæ Ponti in Thracia factus sæculo undecimo ad finem vergente floruit (v. Fabricii Bibl. Gr. VIII, 431, et Creuzeri Meletemata e disciplina antiq., I, 14), commentarium scripsit in sedecim orationes ejusdem theologi. Sed cum eodem appellentur nomine, factum est, ut etiam metaphrasis illa quæ est Davidis tribueretur Serrariensi (v. Creuzeri l. l. p. 59, n. 1, et Schæll. Histor. litt. Græc. ed. germ. cur. Schwarzio et Pindero, III, 176, n. 4); quod non miramur; nam neque primi editores neque postea quisquam quod sciam diligentius hanc rem investigavit. Fortasse hoc ζήτημα jam persolverunt monachi ordinis S. Benedicti, novissimi operum Gregorii Nazianzeni editores; sed editione eorum interrupta totus apparatus in secundam et tertiam partem latet in scriniis nescio cujus bibliothecæ (b).

Primum sub Nicetæ Davidis nomine prodiit exegesis in Tetrasticha et monosticha Venetiis apud Franc. Zanetum a. 1563; hanc vero interpretationem non esse Nicetæ infra docebo. Tum Jacobus Billius archimandrita Michaelinus partem commentarii e codice cardinalis Sireti Latine edidit Parisiis a. 1575; sed auctorem modo Cyrum Dadybrensem modo Cyrum Nicetam Dadybrensem nominat, quod male fecit; nam κύριος non est nomen proprium sed honoris titulus pro κύριος; v. Barthii Advers. p. 4393, quem testem citavit Fabricius VIII, 431, et Villosion Notices des manusc. de la Bibl. nation., VII, 422, Jacobus laudatus in indice Anthologiæ palatinæ, et Creuzeri Melet. I, 14. Præterea illum codicem, ex quo Billius commentarium in Tetrasticha edidit et qui diversus esse videtur a Siretiano, interpolatum fuisse conjicio ex iis quæ leguntur ad Tetrasticha 8, 11, 37, 47.

Dum Billius in Gallia novam Gregorii Nazianzeni operum editionem adornat, eundem laborem in Germania suscepit Joannes Leuvenclaus, atque is jam ante Billium verterat commentarium in sententias τετραστιχῶν, verum casu aliquo amiserat interpretationem neque ipsi ad manus fuit exemplar Græcum, de quo more institui posset, ut ipse fatetur in præmio tom. III editionis Latinæ, quæ prodiit Basileæ ex officina

(a) Excidium urbis narratur in Nicetæ Choniatae Historia imperii Alexii Comneni, Isaaci Angeli fratris, I, 7, p. 624 ed. Imm. Bekkeri.

(b) Utrumque Nicetam pro uno et eodem habuerunt Benedictini editores. Vide præcedentis voluminis col. 17. Edit.

Ilervagiana per Eusebium Episcopium a. 1571 : sed quod rei caput est, scriptorem recte nominat Nicetam Davidem. Non multo post ex libro manuscripto bibliothecæ Augustanæ Græcam paraphrasim in sex carmina Arcana sive in versus 482 (sunt vero numero 485) edidit Dav. Hæschelius Lugduni Batavorum a. 1591, quæ editio repetita est ab Joan. Hornschuchio Lipsiæ a. 1645; quos libros cum videre nondum mihi contigerit, nihil de metaphrasi quam continent statuere possum. Atque ex illo tempore res intacta mansit, donec ad quæstionem dissolvendam me impulit ille codex quem jam descripturus sum.

Ad ripas Mosellæ amænissimas, prope vicum Cues, domus est alendis senibus presbyteris a Nicolao Casano illo cardinale doctissimo æstructa, in cujus bibliotheca bona pars librorum, quos Nicolaus aut ipse scripserat aut in itinere collegerat, adhuc asservatur, quanquam sæpe est spoliata. Numerus quidem librorum exiguus est, sed reperiuntur inter eos etiam boni et digni qui innotescant, licet non tales, quales se ibi reperit esse speraverat Andr. Guil. Cramerus, cujus hac de re lepida exstat narratio in ipsius Chronicis domesticis, p. 145 sqq. De libris enim qui ad jus spectant meliora edocti sumus ab Eduardo Böcking jeto Bonn. v. d., v. Frid. Car. a Savigny librum Geschichte des römischen Rechts, etc., III, 8, ed. sec. Inter Græcos autem libros manuscriptos, quorum copia mihi nuper facta est per Martinium, v. rev., illius domus præfectum, fuit etiam codex, qui totam Nicetæ Davidis metaphrasim continet in omnia Gregorii Nazianzeni carmina, quæ ille interpretatus est. Membranaceus est atque ex foliis 138 formæ quadratæ constat; scriptus est ni fallor sæculo xi vel xii calligraphice, non tachygraphice quod vocant, summa litterarum elegantia summaque diligentia. Siglis nullis usus est librarius; pauca tantum vocabula per abbreviaturam scripta sunt ut Ἰησοῦς, Χριστός, θεός, πνεῦμα, πατήρ, μήτηρ, ἀνθρώπος, σωτηρία et ab his derivata. Accentuum ratio eadem fere est quæ hodie observatur; quod ad spiritus attinet, duo rho deinceps posita nunquam illos sibi inscriptos habent, ut et in aliis codicibus et nunc scribitur; v. Bast. Comment. palæogr., 733. Iota quod subscriptum dicimus nunquam infra lineam, raro in ipso versu ponitur, plerumque omissum est, sed sunt verba quæ nunc carent iota subscripto, et in codice illud habent, ut ζῶον pro ζῶον, de qua scribendi ratione v. Bast. l. l. 719. Particulæ quædam compositæ per partes scribuntur, v. c. ἔν ἄν, ἐκ ἦν, ἐπειδ' ἄν contra præpositio κατὰ cum quibusdam substantivis sæpe in unum vocabulum conjungitur, v. c. καταφύσιν. Itacismi vestigia pauca reperiuntur.

Folium primum incipit colore rubro : Νικήτα τοῦ καὶ δᾶδ δούλου τῷ χῦ τοῦ φιλοσόφου ἐξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπὶ λόγος α'. Προοίμιον. Οἱ μὲν παρ' Ἑλλησι φιλοσοφώτατοι εἶναι δόξαντες καὶ λογιώτατοι ἦν' ἄν ταῖς ὑπὲρ τὸ βλεπόμενον καὶ τὴν αἰσθησιν θεωρίας, κτλ. Pag. 4, Περὶ ἀρχῶν. Οἱ τῆς κοσμικῆς σοφίας τὴν ἀκροτάτην καταλαβεῖν κατοιοῦμενοι περιωπὴν πάντα τὰ ὄντα καὶ τὰ γινόμενα εἰς τρεῖς τὰς κυριωτάτας καὶ πρωτίστας αἰτίας καὶ ἀρχὰς ἀναφέροντες ἐκκορροφῶνται· ταύτας δὲ νοῦν καὶ ὕλην καὶ εἶδος καλοῦντες συνάρχους καὶ συναετίους τῶν πάντων ὑποτίθενται, κτλ. Pag. 16, Ἐξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπὶ λόγος β' Περὶ Υἱοῦ. Ἐκθέμενος περὶ ἀρχῶν ἢ ἀρχῆς, ταῦτόν δὲ εἰπεῖν, περὶ τῆς τριαδικῆς μοναρχίας ὁ θαυμάσιος ἐπιτομώτατα διαλαβὼν καὶ τοὺς μὲν ἔριστάς εἰς διαλογισμοὺς παντάπασιν ἀφείλε, κτλ. Pag. 30, Λόγος γ' Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Θεολογήσας ὁ θεοληπτότατος περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὅσα ἐξῆν αὐτῷ διεπεῖν ἐν ἀφράτῳ γοργότῃ καὶ συντομῇ διὰ τῶν προπεποιημένων ἡρωϊκῶν ἐπῶν νῦν δὴ ἐπομένως, κτλ. Pag. 45, Περὶ κόσμου λόγος δ'. Pag. 61, Περὶ προνοίας λόγος ε'. Pag. 78, Περὶ τῶν λογικῶν οὐσιῶν λόγος ζ'.

Igitur ex hoc codice primum intelligimus, quot carmina Nicetas interpretatus fuerit; sunt autem præter tetrasticha numero xv; deinde numerum carminum, quæ ἀπόρρητα nominaverit, aliquanto majorem esse quam Billii numerum. Is enim octo tantum carmina ita inscripsit neque quidquam de hac re monuit, quanquam totum Nicetæ commentarium in manibus habuisse videtur sive in uno codice, cardinalis Sirliti codicem dico, sive in pluribus repertum, nam in annotatione respicit ad commentarium non solum in octo illa carmina, sed etiam in septem reliqua atque commentarium in Tetrasticha totum vertit. Ipsum vero Nicetam hæc carmina ἀπόρρητα appellasse, docere mihi videntur quæ de suo proposito scribit in proæmio fol. 2 v. cod. : Δι' ὃ καὶ ἡμεῖς οἱ πάντων ἔσχατοι καὶ μικρότεροι πρὸς τὸν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τετιμημένον ἡμῖν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον τὸν νοῦν ἐπερσιδόντες ὡς τῆς ἡμετέρας καθηγεμόνα ψυχῆς καὶ ὡς περισσοτέρως; ἐκ τῶν αὐτοῦ θεολογῶν οἰκοδομοῦμενοι ὀλίγους τινας ἐκ τῶν αὐτοῦ δυσφράστων καὶ δυσθεωρήτων λόγων ἦτοι θεοφράστων ἐπὶ τὰ ἀπορρητότερα καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνεπίοπτα εἰς ἐξήγησιν προυθήκαμεν ἑαυτοῖς. Cum his compara quæ pag. 152 (col. 743) hujus libri leguntur. Cæterum ne illa quidem carmina, quæ Billius cognomine τῶν ἀπορρήτων insignivit, in omnibus codicibus ita esse inscripta testatus est Carolus Bened. Hass, qui vir clarissimus et doctissimus a me rogatus, cum essem memor eorum quæ legi in præfatione ad Leonem Diaconum pag. xxix ed. Bonn., qua est humanitate in meum usum contulit omnes bibliothecæ Regiæ Parisiensis codices. Neque illam inscriptionem habet codex carminum Gregorii Bodleianus, quem Gaisfordius descripsit in Catalogo sive Notitia manuscriptorum quæ ab E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodleiana asservantur p. 1, p. 23 sqq. Sed utcumque est, præter hæc carmina se alia nulla interpretatum esse ipse Nicetas affirmat in commentario ad Tetrasticha, v. pag. 151 (col. 757). Ex illis verbis jamdudum verisimile mihi videbatur interpretationem monostichorum atque

epigrammatum in laudem Basilii Magni, quæ Nicetæ Davidi in editione Veneta tribuitur, ipsius opus esse non posse; et Nicetam revera neque hujus auctorem esse neque interpretationis Tetrastichorum, quæ sub ipsius nomine in eodem libro etiam nunc circumfertur, (utraque autem ejusdem scriptoris est), postea ex ipso libro didici, quem bibliotheca Gottingensis intercedente E. L. a Leutsch v. d. mihi suppeditavit (a). Scilicet illos commentarios confecit Zonaras, ut ipse fatetur in proæmio fol. 3, ita tamen ut Nicetæ interpretationem longiore verborum circumscriptione utens etiam locis ex sacra Scriptura adhibitis sæpe auget et amplificare, quin totas Nicetæ periodos suæ paraphrasi intexeret. Interdum duæ interpretationes exstant, quarum altera inscripta (ἄλλως) pars est interpretationis Nicetæ; nonnunquam varias quoque lectiones Zonaras notavit atque omnino potius grammaticæ partes agit quam interpretis; singula enim verba explicantur iisdem fere verbis quæ leguntur in ipsius atque aliorum lexicis. In dissertatione supra laudata exhibui tales locos, qui non sine fructu conferri possint ab iis quibus lexica Græca curæ sunt. Hoc autem opusculum Zonaras senex composuit per otium, quo fruebatur monachus et quo usus est ad alios libros scribendos, de quibus vide Tittmanni prolegomena ad Zonaræ Lexicon, p. LXX. Sed redeo ad Nicetæ Davidis commentarium.

Cum ad patefaciendam Gregorii mentem sæpe abstrusam vere prosit, Billius autem singulis tantum locis eo in sermonem Latinum converso usus sit excepta interpretatione Tetrastichorum quam integram vertit: equidem, et quia Nicetæ oratio est satis elegans et munda, et ne quid justæ carminum interpretationi detrahatur, e codice Cusano Græcum commentarium typis describendum curavi omissa illa parte quam Dav. Hæschelius edidit. Textum codicis dedi integrum; nam sunt loci qui emendatione egeant, sed sine ope alterius libri corrigi non possint. Attamen sex illa carmina, quippe quæ cohæreant cum cæteris, ad eundem codicem recensita sine commentario post Nicetæ librum posui (b).

His addidi selecta quædam carmina, quæ reperiuntur in codice Gudiano Græco 97. Hunc enim codicem, de quo v. Fr. Ad. Eberti librum de bibliothecæ Guelferb. codd. Gr. p. 84 Schænemannus v. d. illius bibliothecæ præfectus ad me misit, cum in eo esset unum carmen, quod Nicetas inter arcana relatum interpretatus est. Hac vero occasione data etiam reliqua carminâ contuli. Periphrasis quam idem codex præbet ita est instituta, ut singuli versus explicentur verbis synonymis.

Reliqua subsidia quibus usus sum in textu carminum constituendo hæc sunt. Editio Aldi, qui primus maximam carminum partem edidit a. 1504. Nicetæ paraphrasis (Gr.) edita Venetiis a. 1563, de quo libro vide supra. Tetrastichorum editio cura Erhardi Hedenecci Basileæ a. 1577; denique Gregorii Naz. opera cum comm. Jacobi Billii, Coloniae, sumptibus Weidmanni 1690. Billius quanquam plures habuit codices, plerumque tamen sequitur Aldum ita ut nonnunquam errores quos emendaverat Aldus repeteret; atque in illa editione Coloniensi sive Lipsiensi typographi a vera scriptura sæpe denuo aberraverunt.

Scr. Confluentibus id. Jul. a. 1840.

(a) Librum in his regionibus rarissimum descripsi in dissertatione de Niceta Davide et Zonara pag. 9.
(b) Hæc nobis Gregorii integri editoribus erant omittenda. Ex his etiam versibus quos sibi explicandos assumit Nicetas, nonnisi primum retinimus, cum reliquos ad manum habeat Lector in nostra editione. Præterea Ernesti Dronke V. D. adnotationes quæ tantum ad Billii editionem spectant, cujus vitia cura qua par erat in nova Maurina recensione sunt emendata, cum jam parum aut nihil utilitatis habeant, ut plurimum omitimus. Edit.

NICETÆ DAVIDIS

PARAPHRASIS CARMINUM ARCANORUM S. GREGORII NAZ.

Νεκτήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ φιλοσόφου, Ἐξηγήσεις τῶν ἀπορρήτων τοῦ ἀγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκῶν. Περὶ ψυχῆς (1) λόγος ζ'.

Ἐπομένως μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων καὶ λογικῶν φύσεων καὶ ἀσωμάτων θεωρίαν, ὁδῶν προβαίνων ἐπὶ τὴν ταπεινότεραν καὶ προσυλωτέραν τῆς ἀνθρωπίνης φύξης οὐσίαν, τὴν θεωρίαν καὶ θεολογίαν, ὁ Θεολόγος

Nicetæ qui et David, servi Jesu Christi, philosophi, commentarius arcanorum S. Gregorii Theologi carminum. De anima sermo 7.

Consequenter cœlestium et rationalium naturarum et incorporearum post contemplationem iter pergens, ad contemplabiliorem et materiæ viciniorum humanæ animæ substantiam, contemplatio-

(1) Περὶ ψυχῆς. Edit. Billii Colon., II, p. 170; edit. Leuvencl., p. 1017 (Ed. nov. p. 244).

nem et theologiam Theologus transtulit spiritus et expositis primum eorum qui foris sunt sententiis et quasi nugas esse convictis; sic veram secundum Ecclesiam et Scripturas pure dedit doctrinam. Porro simplicibus admodum et a Deo vere inspiratis ratiociniis in initio disserens sic dicit :

1 *Anima, status est Dei, missionemque celestis*
2 *Pertulit cum terrestri, etc.*

Sicut in aliis affirmans theologus quod de materia quidem corpus sumpserit Deus, de seipso vero spiraculum, pronuntiat Creatorem condidisse hominem mixtum, sic et nunc in superioribus versibus affirmat animam emanationem esse Dei et spiraculum, quam ideo probat caelestem quidem, sed patientem vel sustinentem terrestri corporis commixtionem aut conjunctionem, et sicut lumen quoddam intelligens occultam esse et unitam carni sicut in caverna inclusam. Sed nihilominus divinæ cum sit naturæ, immortalis et incorruptibilis vere est. Non enim, inquit, dignum erat magni Dei cum sit imago, ipsam una cum reptilibus irrationalibusque bestiis mori et fœde dissolvi, etiamsi peccatum illam cogat ad mortem et corruptionem.

7 *Neque ignis fervidi natura est, etc.*

Philosophorum qui dicuntur exoterici, alii ignem substantiam contenderunt animæ, alii aerem, alii sanguinis fontem per carnem totam currentem : nihil autem horum verum esse visum est : quomodo enim esset qui devorat ignis anima corporis quod devoratur ab ipso, qui consumit et destruit, anima ejus quod ab ipso destruitur? Sed nemo dicit aerem esse hominis animam semper respiratum et aspiratum et nunquam quiescentem; sanguinis vero fontem in omne currentem corporis membrum animam arbitrari, tanquam absurdissimum et stupidum refutare negligit. « Sed non harmonia » et quæ sequuntur. — Sed non ipsa, inquit, est harmonia elementorum e quibus coagmentatum est corpus, anima; non enim substantia quædam est producens per se ipsam elementorum compages, accidens et qualitas subsistens in hoc casu esset anima; aliter: non una est carnium et similitudinis immortalis natura. Quid enim de rebus sæpius divisas ab invicem quoad substantiam? Et quid erit amplius bonis viris supra sortem insignium in malitia, si una existens compages, scilicet anima, sive optimos sive pessimos perficit? Deinde nonne irrationalibus rationabiles secundum naturam essent similes? Harmonia enim sicut in hominum, ita et in belluarum corporibus similiter conspicitur; et juxta verbum illud meliores essent omnes qui coagmentationem et corporis harmoniam sortiti essent magis egregiam et meliorem. Isti quidem talia vane de anima sermocinati

μετέθηκε νοῦς καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἔξω πρότερον ὄξας προθεῖς περὶ αὐτῆς, καὶ ὡς εἰκαιομυθίας (2) ἀπελέγξας, οὕτως τὴν ἀληθινὴν ἐκκλησιαστικῶς καὶ γραφικῶς ἀνεκάθηρε δόξαν· ἰσχυροτάτοις δὲ καὶ θεοπνεύστοις θεορρήμοσύναις (3) ἐν πρώτοις φυσιογῶν οὕτω λέγει·

1 *Ψυχὴ δ' ἐστὶν ἄημα θεοῦ καὶ μίξιν ἀνέτλη*
2 *Ὀυρανίη χθορίοιο, κτλ.*

Ὅσπερ ἐν ἄλλοις θεηγαρῶν ὁ θεοφάντωρ, παρὰ τῆς ὕλης μὲν τὸ σῶμα λαβεῖν τὸν θεόν, παρ' ἐαυτοῦ δὲ πνοὴν ἐνθέμενον, μικτὸν δεσπίζει τὸν ἀνθρώπον δημιουργῆσαι· οὕτω καὶ νῦν διὰ τῶν προκειμένων ἐπιὸν θεηγορεῖ τὴν ψυχὴν ἄημα εἶναι θεοῦ καὶ πνοὴν (δι' ὃ καὶ οὐρανίαν ἀποφαινόμενος), ἀνατλήναι δὲ ἢ ἀνασχέσθαι τὴν τοῦ χθορίου σώματος μίξιν ἢ σύγκρασιν, καὶ ὡσπερ τι (4) φῶς νοερὸν οἶα σπηλαίῳ τῇ σαρκὶ συγκρυβθῆναι καὶ συνεκωθῆναι· ἀλλ' ὁμῶς θέλει τὴν φύσιν οὔσα, καὶ ἀθάνατος καὶ ἀφθαρτος, ὅντως εἶπιν. Καὶ γὰρ οὐδ' ἦν, φησὶν, ἄξιον τοῦ μεγάλου θεοῦ ταύτην εἰκόνα τυγχάνουσαν, τοῖς ἔρπετοις καὶ ἀλόγοις ὁμοίως κτήνεσιν καταθνήσκειν τε καὶ ἀκόσμως διαλύεσθαι, εἰ καὶ ἡ ἁμαρτία ταύτην ἐκδιείξεται θανάτῳ ὑπαγαγεῖν καὶ διασθῆναι.

7 *Οὔτε πυρὸς μαλεροῖο (5) πέλει φύσις, κτλ.*

Τῶν ἐξωτερικῶν φιλοσόφων λεγομένων οἱ μὲν πῦρ τὴν οὐσίαν ὑπάρχειν ἀπεφήναντο τῆς ψυχῆς, οἱ δὲ ἀέρα, ἄλλοι δὲ αἵματος χύσιν πᾶσαν τὴν σάρκα διατρέχουσαν· οὐδὲν δὲ τούτων εἰκοιεν ἀληθὲς εἶναι· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη τὸ δάπττον τοῦ δαπτομένου, τὸ μαρτυρικὸν καὶ λυμαντικὸν πῦρ τοῦ φθειρομένου ἕπ' αὐτοῦ σώματος ψυχῆ; Ἄλλ' οὐδ' ἂν τὸν ἀέρα φαίη τις ἀνθρώπου ψυχῆν, ἀεὶ ἀποπνευόμενον τε καὶ εἰσπνεύμενον καὶ ἡμεροῦντα μηδέποτε αἵματος δὲ χύσιν ἐπὶ πᾶν διατρέχουσαν μέλος τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ὑπονοεῖν, ὡς ἀλογώτατον ἦν καὶ κτηνώδες παρήσιν ἐλέγξει. « Ἄλλ' οὐδ' ἁρμονία » κ. τ. ἐξ. Ἄλλ' οὐδ' ἂν αὕτη, φησὶν, ἡ τῶν στοιχείων ἁρμονία, ἐξ ὧν τὸ σῶμα καθεστήκει, ψυχὴ· οὐ γὰρ οὐσία τίς ἐστὶν ὑφεστῶσα καθ' αὐτὴν ἡ τῶν στοιχείων κρᾶσις, συμβεβηκὸς δὲ καὶ ποιότης οὔσα, οὐκ οὐκ ἂν εἴη ψυχῆ· ἄλλως τε οὐ μία σαρκῶν ἐστὶ φύσις καὶ εἶδος ἀθανάτου. Πῶς γὰρ τὰ πλείεστα κατ' οὐσίαν ἀλλήλων διεστώτα; τί δὲ πλείον ἐστὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἐπισημοτάτων ἐν κακίᾳ, ὧν μία οὔσα κρᾶσις, ἦγον ψυχῆ, ἢ κρείττους ἢ χείρους ἀπέτελεσεν; πῶς δ' οὐχὶ καὶ τοῖς ἀλόγοις οἱ λογικοὶ κατὰ φύσιν εἰεν οἱ αὐτοί; ἡ ἁρμονία γὰρ, ὡσπερ τοῖς ἀνθρώπων σώμασιν, οὕτω καὶ τοῖς τῶν ἀλόγων ὁμοίως ἐνορᾶται· κατὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον καὶ πάντες ἂν εἰεν βελτίους οἱ κρᾶσεως καὶ ἁρμονίας σωμάτων εὐμοιροῦντες εὐφυστέρως καὶ ἀμείνονος. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ ψυχῆς ἐκενολόγησαν· ἄλλοι δὲ τὰ ζωῆς αἰτία, ὧν ἀπόντων ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα καταλείπει νεκρὸν, ταῦτ' εἶναι ψυχῆν ἀνθρώπου διεωρίσαντο. « Φορβὴ δ' οὐ ποιεῖ

(2) *Εἰκαιομυθίας*. V. de hoc vocabulo Hasium ad Leon. Diac. iv, p. 445 ed. Bonn.

(3) *Θεορρήμοσύναις*. Codex semper uno rho. V. Bast. *Comm. pal.*, p. 733 et 788.

(4) *Ὅσπερ τι*. Sic Codex. V. Godofr. Hermanni lib. *De emend. rat. Gr.*, p. 70, et Car. Goettling. *De accent. l. Gr.*, p. 85 ed. sec.

(5) *Πῦρ μαλεροῖο*. V. *Ilias*, ix, 242.

σοι, ὡ καὶ ἐξῆς. Εἰ, ὧν ἀπόντων, ἄνθρωπος σβέννυται, τοῦτο ἐστὶν αὐτῷ ψυχῆ, ὥρα σοι τὴν ἡμερήσιον τροφήν ψυχῆν. σεαυτοῦ ἀποκαλεῖν· θνητὸν γὰρ ὄντα, τροφῆς ἄτερ ἀμήχανον παντάπασι ζῆν· ἔστι γὰρ παντὶ ζῶν συντηρητικὴ δύναμις ἢ ἡμερήσιος ἐδωδὴ. panem animam tuam vocare : mortalis enim cum re: nam omni animali conservatrix est virtus quotidianus victus.

22 *Oἶδα δὲ καὶ λόγον ἄλλον*, κτλ.

Οἶδα, φησὶ, καὶ ἕτερον δόγμα παλαιῶν, καὶ τοῖς πάλαι μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ ληρωδούμενον· ὅπερ οὐκ ἂν καταδιδαξαίμεν, εἰκατον (6) καὶ ὑπόψυχρον ὄν. Φασὶ γὰρ προϋπάρχειν καθόλου τῶν ἀνθρώπων τὴν ψυχῆν, καὶ ταύτην κοινὴν εἶναι, καθὰ τῶν σωματικῶν στοιχείων ἕκαστον πᾶσιν ἀνθρώποις κατὰ τὴν γένεσιν ἐπιμεριζομένην, δι' ὅλου δὲ τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρος πλανωμένην καὶ τῆς πρὸς τὰ σώματα δέσεως ἐπιεμένην. Εἰ δὲ τοῦτο δοθείη, πᾶσαν εἶναι ψυχῆν ὁμοίωτροπον, ὡς μὴ τὴν μὲν βελτίω, τὴν δὲ χείρω, καὶ τὴν μὲν εὐθεῖαν ἀνωμολογῆσαι, τὴν δὲ δύστροπον καὶ σκολιάν, ὡς ἀέρος δὲ φύσιν εἰσπνευστήν τε καὶ ἐκπνευστήν πᾶσι βροτοῖς καθεστάναι τὴν αὐτήν, πάντες δὲ ἔσονται πᾶσι, καὶ ἔτι ζῶντες ἐν σώματι, καὶ γε μεταπνέοντες, εἴτουν ἀποθιοῦντες, πάντες ἐν πᾶσι κείσθαι ὑπονοηθήσονται, τῷ μίαν οἶσθαι τῶν ὄλων ὑπάρχειν ψυχῆν· ἢ αὐτὴ δὲ, φησὶ, καὶ τοῦ ἀέρος ὑπάρχει ῥύσις ἄλλοι· ἐν ἄλλοις διαχυομένη τόποις. Εἰ δὲ λέγοις, ὡς οὐχ οὕτως ἢ ψυχῆ χεῖρα ὡςπερ ὁ ἀήρ, ἐν ἐνὶ δὲ καὶ τῷ αὐτῷ χώρῳ διαμένει, πυνθάνομαι σε λοιπὸν, τί μὲν παρ' ἐαυτῆς μένουσα κατέσχευ, τί δὲ τὸ τοῖς μητρύοις σπλάγγχοις ζωογονούμενον ἢ κυοφορούμενον. Εἰ γὰρ ἐκτός με οὔσαν ἀπολελυμένην τοῦ σώματος καὶ ἐλευθέραν φήσειε τυχὸν ἢ ψυχῆ, ἢ μήτηρ μερίσασα προέσπασεν ἢ προεσπλάσασα, τί μὲν ἔσχε καθ' ἐαυτὴν μένον, τί δὲ τὸ ἐν κόλποις αὐτῆς ζῶν, καὶ εἰς τὸν ἐπώδυνον βίον καὶ πολύμοχθον ἐρχόμενον. Εἰ δὲ γε σὺ ταύτην καὶ πλεόνων τέκνων μήτέρα ὑποθείης, τετίμηκας ἄτιμον τιμὴν, πλεόνων ψυχῶν ταῖς δυσχερεῖαις τοῦ βίου καὶ ταλαιπωρίαις δακνομένων καὶ κλαζομένων αἰτίαν ταύτην ἀποδεικνύς.

32 *Οὐ κινυτῶν ὄδε μῦθος, ἐτώσια παίγνια βίβλων*, κτλ.

Οὗτος μὲν, φησὶν, ὁ λόγος ὁ μίαν τοῖς ὄλοις ἀνθρώποις ἐπιμεριζόμενος, ὡς εἴρηται, ψυχῆν, ἀφροσύνης καὶ ἀνοίας μετός· ἐτώσια δὲ καὶ μάταια καὶ παιδαριώδη παίγνια βίβλων ἀνατάττονται καὶ ὅσοι πολλὰ σώματα κατὰ τοὺς βίους τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, ἢ δι' ἀντάμειψιν ἀρετῆς ἢ δι' ἀμαρτίας ποιήναι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀμείθειν ἐδόξασαν ψυχῆν. Καθὰπερ γὰρ ἄνδρα τινὰ ἱματίοις περιστέλλοντες, καὶ αὐτὸς ἀκόσμως μετενδύοντες, καὶ ἀπὸ ἄλλου σώματος εἰς ἄλλο, οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶου ἀλόγου καὶ φυτοῦ πάλιν ἐν σώμα μεταγχιζόντες τὴν ψυχῆν, καὶ οὕτως κενολογοῦντες καὶ μάταια ληροῦντες οὐ συνιοῦσιν· καὶ ὡςπερ τὸν παλαιῶν ἐκεῖνον Ἰξίωνα οἱ μῦθοι πλάττουσιν εἰς θεὸν ἡμαρτηκότα, τροχῷ ἐνειρόμενον, καὶ ἀενάως (7) ἐν

sunt; alii vero, principia vite, quibus deficientibus, anima corpus delinquit mortuum, hæc esse hominis animam affirmaverunt. « Esca vero nequaquam tibi » et seq. — Si quibus deficientibus homo exspirat, ista sunt ipsi anima, hora tibi quotidianum sis, absque alimento impossibile omnino tibi vivere: nam omni animali conservatrix est virtus quotidianus victus.

22 *Novi et aliam sententiam*, etc.

Novi, ait, et aliam sententiam veterem, et olim superbientibus in sapientia usitatas ineptias, quas certe non docerem, quippe quod est inconsideratum, nulliusque pretii. Aiunt enim prorsus præexistere animam hominum, ipsamque communem elementorum corporeorum singulis esse, omnibus hominibus in die nativitatibus divisam, utpote quæ per aera ubique supra caput diffusa et junctionis cum corporibus avida. Quod si detur, omnem esse animam morum eorumdem, proinde non hanc meliorem, et illam pejorem, nec hanc rectam, illam vere morosam et perversam in confesso esse, sicut aeris natura ad aspirandum et respirandum omnibus mortalibus constat eadem, omnes erunt omnium et adhuc viventes in corpore et exspirantes; aut decedentes omnes in omnibus jacere existimabuntur ex sententia credentis universorum existere animam: eadem, ait, et aeris existit fluxio nunc in his, nunc in istis diffusa locis. Si autem dixeris: Non diffunditur anima sicut aer, in uno et eodem loco remanet, te interrogabo de cætero: Quid si apud se ipsam manens perstat? Quid e contra de concepto maternis in visceribus, quid de prægnata? Si me solutam corpore et liberam, dicere poterit anima, mater dividens projecit aut projicere coacta est, quid retinuit in se manens, quid vero quod in sinu ejus vivens atque in dolorosam vitam et ærumnosam accedens? Supponasque ipsam et numerosæ matrem prolis, pro honore ignominiam dedisti, qui multarum animarum ærumnis vitæ et miseriis oppressarum et tactarum causam illam ostendis.

32 *Vana librorum ludibria ac hominum minime sapientium est opinio*, etc.

Iste, inquit, unam universis hominibus attribuens, ut dictum est, divisam animam, sermo insania atque ineptia redundans. Vanis et fatuis et puerilibus crepundiis libros composuerunt, quotquot multa corpora per veterum vitas virorum, bonorum et malorum, sive ob virtutis remunerationes, sive ob peccati pœnas, unam et eandem successive habitare opinati sunt animam. Namque sicut qui virum quemdam vestibus operirent et iterum inordinate exuerent, ab alio corpore animam iterum in aliud transfunderent corpus, non tantum hominibus, sed etiam animalibus irrationabilibus et plantæ, et sic vana loquentes, et stulta delirantes non intelligunt. Et sicut antiquum istum Ixiona fabulæ depingunt in Deum cum peccavisset, ad rotam

(6) Cod. *stualor*.

(7) *Ἀενάως*. Non omnia vera sunt quæ d'

alligatum et jugiter in circulo volutum puniri; sicut etiam Tantalum alio modo impium aliter ad numinis placitum pœnas dantem, sic et isti miseram animam nunc ab homine in hominem, nunc et in belluæ aut canis aut serpentis aut avis, deinde in piscis aut arboris corpus immittentes, secundum ipsorum arbitrariam et jugo impatientem mentem rursus in hominem redintegrant. Nec semel eandem in singula dictorum animalium inducunt animam, sed multoties, quandiu metempsychosis jubet orbis. Quousque delirabit et vana loquemini? Quousque judicabit et condemnabit animam, in bestias et arbores et aves et pisces ejicientes eam? Ego vero, ait veri amicus sermo, nunquam vidi belluam sapientem verba proferentem, nec arborem loquentem audivi; garrulam cornicem corniculantem vidi non philosophantem, semperque pisces mutos transnatantes videmus undam.

¶ Quod si postrema est animæ pœna, etc.

Absurdus de anima dictis si addatur adhuc pœnam ad extremum impie viventes manere, sicut isti dicunt, insana horum injustaque sunt vituperatio et judicium; etenim in incorpoream animadvertatur animam, mirum profecto: quomodo quæ cum corpore impie egit nuda pœnas luet? Si vero cum carne, cum qua, hominis, belluæ, pecudis, serpentis aut avis aut piscis, aut arboris aut ligni tradetur igne punienda? Insania! Et aliud citat maxime mirandum in dictis: nempe quod tot ligata fatis dicit anima: ab hominum corporibus in alia virorum seu mulierum, et rursus a mulierum corporibus in alia, et inde in variorum animalium et plantarum me ligasti corpora, ita ut multa me scientem et in experientia constitutam mutationem et cætenarum serie involvas, miror, inquit, vehementer. Quomodo e mea exiit memoria illud solum, scilicet nosse e qua pelle aut corpore in id in quo nunc jaceo deveni? In quibus primum mortua sum, et quæ nam post hæc discere exopto. Etenim ut videtur et jocosius dicam, meus vinctor et fabricator in animabus dives non est sicut in saccis, ideo propter corporum penuriam diversorum in figuris animalium transfundor. Delirium! Eheu! Aberratio longa, propriam vitam non cognoscere! Sane incredibilis hæc oblivionis abyssus, cum de prima in mundo habitatione quam habuit nullum memoriæ vestigium relinquatur in anima. « Nostrum intelligas » et seq. Refutatis pseudosapientium ineptiis, inquit divine sapiens, excellens de anima aggreddens documentum, nostrum et verum in aures tuas excipe, et parvum leporem suavitatemque miscebo in præsentem carmine. Et de

κύκλω περιστροβούμενον κολάζεσθαι· ὡσπερ δὴ καὶ τὸν Τάνταλον ἄλλον ἡσεθηκότα τρόπον, ἄλλως τὴν θεήλατον τινυνύται δίκη· οὕτω καὶ οὗτοι τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἐξ ἀνθρώπου ἔστι μὲν ὅτε εἰς ἄνθρωπον, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς θῆρα καὶ κύνα καὶ ὄρνιν καὶ εἰς ὄρνιν, ἔπειτα καὶ ἰχθὺν καὶ θάμνον μετενσωματοῦντες, κατὰ τὸν αὐτόνομον αὐτῶν καὶ κακοδαίμονα νοῦν, αὐθις εἰς ἄνθρωπον μεταγούσι· καὶ οὐχ ἅπαξ τὴν αὐτὴν εἰς ἕκαστον τῶν εἰρημένων ζώων, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἐπισκρίνουσι ψυχὴν, ἐπαιδὴν δ' τῆς μετεμψυχώσεως κελεύη κύκλος. Μέχρι τίνος ληρήσετε καὶ βατταλογήσετε; μέχρι τίνος καταδικάσετε καὶ κατακρινεῖτε τὴν ψυχὴν, εἰς θῆρας καὶ θάμνους καὶ ὄρνεις καὶ ἰχθύς μεταφέροντες αὐτήν; Ἐγὼ δὲ, φησὶν ὁ φιλαλήθης λόγος, οὐπώποτε εἶδον θηρὸς σοφοῦ φθεγγόμενου λόγον, οὐ θάμνου λαλοῦσης ἐπαχέκω· κορώνην δὲ λακρυζούσαν, κρώζουσαν εἶδον, οὐ φιλοσοφούσαν· αἶε δὲ καὶ τὰς ἰχθύς ἀφώνους τὴν ὑγρὰν διαπλέοντας ὁρῶμεν.

¶ Εἰ δὲ καὶ ὑστατὴ ψυχῆς τίσις, κτλ.

Εἰ πρὸς τοῖς εἰρημένους περὶ ψυχῆς ἀτάπεις ἔτι καὶ κόλασις ὑστερον τοῖς ἀσεβῶς βιωτεύουσιν ἀπόκειται, ὡς ἐκεῖνοι φασιν, μάταιος τούτων καὶ ἀδικῶς ὁ ἐλεγμὸς καὶ ἡ κατάκρισις· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀσάρκω καταδράμοι τῆς ψυχῆς, θαυμαστὸν ἂν εἴη τοῦτο· πῶς μετὰ σώματος αὐτῆ ἀσεβήσασα, γυμνῆ δίκας ἀποτίνουσιν; εἰ δὲ μετὰ σαρκὸς, τῆς ποίας; τῆς ἀνθρωπίνης; τῆς θηριώδους; τῆς κτηνώδους; τῆς ὄφιδος ἢ τῆς ὄρνειδος καὶ ἰχθυϊκῆς; ἢ τῆς θαμνώδους καὶ ξυλώδους παραδοθήσεται τιμωρεῖσθαι τῷ πυρὶ; τῆς ματαιότητος. Καὶ ἄλλο δὲ φησι μέγιστον θαῦμα πρὸς τοῖς εἰρημένους. Ὅτι γὰρ ἡ πολυδέτος ψυχὴ, λέγει, ἐξ ἀνδρῶν σωμάτων εἰς ἀνδρῶνα ἢ καὶ γυναικεῖα, καὶ αὐθις ἐκ γυναικεῖων εἰς ἑκάτερα, καὶ ἐκ τούτων εἰς διαφόρων ζώων καὶ φυτῶν συνέδησας σώματα, ὥστε πολλῶν με γνώστην πραγμάτων καὶ ἐπιστήμονα καταστήσῃ ταῖς μεταβολαῖς καὶ τοῖς δεσμοῖς, ἀγαμαι, φησὶ, σφόδρα, πῶς τοῦτο μόνον τὰς ἐμὰς παρεληλυθεὶ φρένας, τὸ εἰδέναι ἐξ ὁποίας δορᾶς, ἦτοι σώματος, εἰς τὴν δὲ, ὃ νῦν περιεμαι, μετῆλθον· ἐν πόσει δὲ πρότερον προσεθνήκειν, καὶ τίς ἂν γενόμεν μετὰ ταῦτα, μαθεῖν εἰδύων. Ὡς γὰρ εἴκειν, ἐν εἴπω καὶ γελοῶς, ὃ ἐμὸς δέτης καὶ πλάστης, οὐχ ὡσπερ τοῖς θυλάκοις, οὕτως ἐπλούτει καὶ ψυχαῖς, δι' ὃ τῶν σωμάτων σπάνει εἰς ἀλλοκότων ζώων μεταγίγχομαι μορφάς· τῆς μανίας. Ἄρα τοῦτο μικρὰς πλάνης, τὸ τὴν ἰδίαν βίωσιν ἀγνοεῖν; ὅπως ὑπερβολικῆς τοῦτο λήθης βυθός, τὸ τῆς προτέρας ἐν κόσμῳ πολιτείας, ἧς ἐπολιτεύσατο, μηδὲ τὸ τυχὸν ἴχνος μνήμης ἐναπολελειφθαι τῇ ψυχῇ. « Ἡμέτερον δ' αὐτοῖς, » κ. ἐξ. Ἀπορρηπίσας ὁ θεός σοφὸς τὰς τῶν ψευδοσφῶν φληναφίας· Ἐντεῦθεν, φησὶ, τὴν περὶ ψυχῆς ἀρίστην διδασχὴν τὴν ἀληθῆ καὶ

v. ἀένωος, ἀένναος, ἀένω; nuper commentatus est Fix v. d. in editione Paris. *Thesauri* Steph., fasc. III, p. 746, sed sola forma ἀένωος vera est. V. Hermannii *Opusc.* vol. VI, p. 287 prima syllaba producta v. Spitzn. de v. Hom. p. 75, et ita semper scribitur in nostro codice quoties redit. Locis ab

aliis laudatis adde Manethon. *Apotei.* 1, 207, *Anthol. Palat.* 1, 1, 19, 1. Forma contracta ἀένωος nusquam reperitur; formam ἀένναος etiam ego puto librariis deberi; legitur etiam apud Xenophontem 1. *De redit.*, IV, 17, loco a Schneidno laudato, sed in *Thesauri* Steph. prætermissa.

ἡμετέραν ἀναλαβῶν, ταῖς σαῖς ἐναπόθου ἀκοαῖς, μικράν δὲ τέρψιν καὶ ἡδύτητα τῇ παρουσίᾳ προσαναμίξομεν ψῆθ'· καὶ τὴν περὶ ψυχῆς ὑμνολογίαν ἢ θεολογίαν οὐκ ἀηδῆ τοῖς συνετώς ἐπατεῖν ἐθέλουσι παραθροσόμεθα.

anima hymnum aut theologiam non injucundam iis qui prudenter intelligere volunt, exponemus.

53 Ἦν ποτε, ἦν ὅτε κόσμον ἐπήξατο τοῦ λόγου
[αἰπύς, κτλ.]

53 Mundum olim condidit summæ mentis sublime
[verbum; etc.]

Ἄνωθεν τὸν περὶ ψυχῆς λόγον ἀπ' ἀρχῆς τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ὁ θεὸς ἀναλαβόμενος ἱεροφάντης, ἦν ποτε, ἦν ὅτε, φησὶν, ὁ ὕψιστος τοῦ πρώτου τοῦ λόγου, τῆ πατρικῆ βουλήματι τὸν ὅλον τουτονὶ κόσμον ὑπέστησεν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι· εἶπεν γάρ, καὶ ὅσα καὶ οἷα ἠθέλησεν παρήχθη. Ὡς οὖν ἅπαντα πρῶτον, ὠρανοῦ, γῆ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὑποστάντα εἰς ἓνα κόσμον συνεκέκριτο, ἐζητεῖτο δὲ οἷόν τις κόσμος δεύτερος, τῆς τε μητρὸς τῶν ἀπάντων σοφίας ἐπιστήμων, καὶ τῶν ὁρατῶν καὶ ἐπιγείων ἀπάντων κατ' εἰκόνα τοῦ κτίστου θεοειδὸς βασιλεῦς· δι' ὃ λέγει, « Ἦδη μὲν καθαροί, » καὶ τὰ ἐξῆς. Οἱ μὲν καθαροὶ καὶ ἀθάνατοι τῶν ἀγαθῶν ἀγγέλων δίκασμοι, τὸν οὐράνιον διαλαχόντες χώρον, τὴν ἐμὴν δόξαν διαιωνίως μέλποντες ὑμνοῦσιν· γῆ δὲ καὶ ὁ φαινόμενος ὅλος οὗτος κόσμος ταῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ ταῖς φυσικαῖς χάρισι τῶν ὁρατῶν ἠδόμενος καθωραϊζέται, ἐξ ἀμφοῖν δὲ τοῖν γενοῖν, ἀθανάτων φημι καὶ θνητῶν, ἥτοι λογικῶν καὶ ἀλόγων, νοήμονα μέτρον κόσμου τοῦ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ ἤρσεέ μοι συμπήξαι· τοῦτον δὲ εἶναι ἀνθρωπὸν μέσον οὐρανίων μεγέθους καὶ χθονίων ταπεινότητος, τῇ ὁράσει μὲν τοῖς ὁρατοῖς, τῷ νοῖ δὲ τοῖς νοητοῖς ἐπιβάλλοντα, καὶ ταῖς νοεραῖς θεωρίαις μυσταγωγούμενον καὶ περιπόμενον, ἄγγελον ἄλλον, ἀπὸ γῆς ἤρσεε κατασκευάσαι, τῶν ἐμῶν ποιημάτων τε καὶ βουλευμάτων μύστην καὶ δοξαστήν.

angelum alterum qui super terram gaudium arbitretur flori operum voluntatumque mearum sacerdotem et celebratorem.

70 Ὡς ἄρ' ἔφη, κτλ.

70 Sic dixit, etc.

Ταῦτα μὲν ὁ δημιουργὸς Λόγος, οὐ λόγοις ταπεινάς οὕτως ἔφη καὶ μεριστοῖς, νοήμασι δὲ ἐνιαίοις καὶ θεοπρεπέσιν, ὁμοῦ τε ταῦθ' οὕτω δρᾶν ἐνενόησε, καὶ ἔργον παρέστη τὸ ἐννόημα· καὶ παρὰ μὲν τῆς νεωστὶ γενομένης ὕλης τοῖς ἀθανάτοις αὐτοῦ δακτύλοις μερῖσα χροῦς, ὡς αὐτὸς οἶδεν, ἀνειληφώς, τὴν ἐμὴν διεπλάσατο μορφήν, ἐν αὐτῇ δὲ μοῖραν τῆς ἰδίας ἀπορρήτως ἐνέθηκε ζωῆς (τοῦτο γὰρ τὸ, μοιρήσατο)· ἐνέπνευσε γὰρ πνεῦμα, ὃ δὴ ἀπόρροιά τις ἐστὶ τῆς ἀσωμάτου θεότητος καὶ ἀθεάτου. Ἐκ τε οὖν τοῦ χροῦς τῆς σαρκὸς ἐμολ σχηματισθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς δὲ μοι διὰ τῆς παντοκράτορος κτισθείσης πνοῆς, εἰς ἀνθρωπὸν, φησὶ, ἓνα συνεπάγην, εἰκῶν τοῦ ἀθανάτου γενόμενος θεοῦ, τῷ αὐτεξουσίῳ ᾧ καὶ ἀρχικῷ· τοῦτοις γὰρ ἢ πρὸς τὸν Πλάστην ὁμοίωσις ὁρᾶται, καὶ ὁ ἐν ἀνθρώπῳ νοῦς ἀμφοτέρων τῆς τε ψυχῆς βασιλεύει καὶ τοῦ σώματος, δι' ὃ καὶ αὐτοκράτωρ τῶν ἐν ἡμῖν ἀνηγόμευται παθῶν· ἐνεῦθεν καὶ πρὸς ἄμφω τοῖς βίους γήινων καὶ οὐράνιων φυσικῶς ἐπιβρέπειν μοι δοκῶ, τὸν μὲν διὰ τὸ πῶμα, τὸν δὲ διὰ τὸ πνεῦμα στέργων, καὶ πρὸς ἑκάτερα ταῖς ἐπιθυμίαις διελαχόμενος.

A principio sermonem de anima, ab initio generationis mundi divinus repetens sacrorum revelator : Erat in principio, inquit, erat cum altissimum primæ intelligentiæ Verbum ad paternam voluntatem universum hunc mundum fecit de nihilo prorumpere in existentiam ; dixit enim, et quot et quanta voluit apparuerunt. Ubi primum ergo omnia, cælum, terra, mare et in his existentia in unum mundum simul divisa sunt, quærebat quodammodo quis mundus alter in matre omnium sapientia peritus, et visibilium et terrestrium omnium rex esset in similitudine Dei existens, in similitudine Creatoris. Ideo dicit : « Jamjam puri » et seq. Et quidem puri ac immortales bonorum angelorum chori cœlestem sortiti locum meam gloriam constanter concelebrant : terra vero et visibilis universus hicce mundus amœno de spectaculo animalium irrationabilium et venustatum physicarum gaudet et superbit. Ex duobus autem generibus, immortalium scilicet et mortalium, irrationabilium et rationabilium, prudentem participem mundi sive spiritualis sive sensibus corporeis obnoxii fingere mihi placet : scilicet hominem medium magnificentiæ inter cœlestium et terrestrium abjectionem, vultu quidem visibilibus, spiritu vero spiritualibus adjunctum, ipsum quoque intellectua-

libus contemplationibus initiatum et complacentem

Hæc dixit mundi fabricator Verbum non vocibus vilibus et divisivis, sed cogitatione unica Deoque digna, simul atque sic facere cogitavit, et opus cogitata manifestavit, et de recens facta materia immortalibus digitis, partem terræ, sicut ipse novit, sumens, meam plasmavit formam in eaque propriæ vitæ partem arcane posuit ; hoc enim : *partitus est* ; namque inspiravit spiritum, qui inde emanatio quædam est incorporeæ invisibilisque deitatis. De terra ergo carne mea efficta et anima mihi per omnipotentem spiritum constituta, homo unus, inquit, compositus sum, imago immortalis Dei factus, libera et dominatrice intelligentia. Istis enim similitudo cum Creatore conspicitur quod in homine intelligentia in ambos regnet, nempe animam et corpus : itaque de seipsa dominans in nostros affectus denuntiat. Inde ad utramque vitam quam sortitus sum, terrestrem et cœlestem pronus mihi videor, nunc corporis, nunc spiritus vitam fovens et ad alterutram voluptate tractus.

78 *Talis fuit primogeniti hominis colligatio*, etc.

In principio primi patris coagmentatio seu plasmatio et animatio juxta dictum effectæ sunt modum; et ab origine ista usque ad finem, caro ex carne, anima ex anima oritur, corpus quidem e corporea visibiliter emanatione fit, anima vero modo incognito et invisibili in corporis sigmentum incidit. Quomodo hoc vel illud? Sicut solus novit qui primum affixit figuram terræ et spiritum dedit carni. Nisi tamen quis, inquit, sermonibus consentiens meis, confidenter hunc addat sermonem, multis sic docentibus obsequens, scilicet: Ergo et corpus quod primo plasmatum de terra est, per omnes ex ordine mortales immistum tanquam humana sit fluxio, et sicut ex ista primo plasmata radice ex alio alium habere hominem ex homine non cessat. Similiter et a Deo inspirata anima in corpora hominum creata, nuper facta et ipsa incidit et ingeritur et tanquam e radice primæ creationis hujus in multas et novas multiplicatur et in mortalia et similis aspectus corpora dividitur secundum voluntatem et efficaciam benedictis et jubentis ut crescant, et multiplicentur et repleant universam faciem terræ.

καὶ σθένος τοῦ εὐλογοῦντος καὶ προστάττοντος ἀξάνειν τε καὶ πληθύνειν καὶ πληροῦν ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

91 *Propterea principatum intellectilem nacta* [est, etc.

Cum e plasmato in principio a manu Dei cuncta ex ordine hominum corpora, communi germine et uatura originem ducant, cum ex primitus facta et genita primi parentis anima per analogiam et omnes mortalium animæ originem ducant modo simili, consequenter et intelligentem mentis præstantiam sortiuntur cunctæ. Postquam objectionem vidit sub his propositionibus relectam divinus scriptor, nempe de motibus irrationabilibus et ineptis lactentium et infantium, victrici modo hanc explanat exenplo allato. Nam sicut in minusculis fistulis et perangustis validum flamen remanens exiguum et minus æquo plenam discrepanter emittit sonum quantacunque peritla præstet tibicen. Quando autem lata fistulæ et harmonice foratæ in manus periti viri traduntur, tunc perfectam et canoram dant vocem. Sic et hominis anima in infantilibus imbecillis membris intellectu deficit, sed perfecta sicut et ipsa illustratur energia plene pollens et innato proprioque ingenio.

97 *Postquam autem suum condidit hominem im-* [mortalis Filius, etc.

Deinde divinum Verbum, immortalis Unigenitus Patris cum ad imaginem suam hominem creavit, propter quid creavit? Ut haberet, inquit, hunc in novissimis diebus gloriæ propriæ fontem nova et sublimi adinventione: nimirum creator sit homo,

(8) *Σὰρξ μὲν... ἐκ ψυχῆς* expunxit Billius, quia pugnent cum verbis Gregorii ψυχὴ δ' ἐπιμίσγεται ἄστωσ, quibus verbis significat animam corpori divinitus infundi.

(9) Laudat hunc locum Mich. Glycas *Annal.* p. 1, p. 159, 13, ed. Bonn.: Καθάπερ γὰρ μουσικὸς ἀρι-

78 Ἦθε μὲν ἀρχηγόνου βροτοῦ δέσις, κτλ.

Ἦ μὲν ἐν ἀρχαῖς τοῦ προπάτορος δέσις, ἦτοι πλάσις καὶ ἐμπνευσίς, τὸν εἰρημένον διεσκευάσθη τρέπον· ἐξ ἐκείνης δὲ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τέλους σὰρξ μὲν ἐκ σαρκὸς, ψυχὴ δὲ βλαστοῦσα ἐκ ψυχῆς (8), τὸ σῶμα μὲν ἐκ τῆς σωματικῆς ρύσεως ὁρατῶς, ἡ ψυχὴ δὲ ἀγνώστως καὶ ἀοράτως τῆ τοῦ σώματος διαπλάσει συνεισπίπτει· πῶς τοῦτο ἢ πῶς ἐκείνο; ὡς μόνος ὄδεν ὁ πρῶτον συνδῆσας τὴν εἰκόνα τῷ χοί καὶ πνεῦμα συνδεδηκῶς τῆ σαρκί· εἰ μὴ τις, φησί, τοῖς ἐμοῖς συνηγορῶν λόγοις καὶ τοῦτον θαρβράλεις προσθήσει τὸν λόγον, πολλοῖς οὕτω δογματίζουσιν ἐστέμμενος, ὡς ἄρα καὶ τὸ σῶμα, τὸ πρῶτον πλασθὲν ἀπὸ γῆς, πρὸς τοὺς καθεξῆς βροτοῦς πάντας συγκιρνώμενον, ὡσπερ ἀνδρομέα γίνεται βύσις, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς πρωτοπλάστου βίχης ἐκείνης ἄλλοτε ἄλλον ἔχουσα βροτὸν ἐκ βροτοῦ οὐκ ἀπολήγει. Ἀναλόγως δὲ τοῦτω καὶ ἡ παρὰ Θεοῦ πνευσθεῖσα ψυχὴ, τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασι πλαττομένοις, οἷα ἀρτιγέννητος, καὶ αὕτη συνεισπίπτει καὶ συνεξανθεῖ, καὶ ὡσπερ ἐκ σπέρματος τῆς ἀρχηγόνου ψυχῆς ἐκείνης εἰς πολλὰς καὶ ἀπείρους πληθύνεται, καὶ ἐν τοῖς θνητοῖς καὶ ὁμοειδέσι σώμασι καταμερίζεται, κατὰ βούλημα

91 *Τοῦνεκεν ἠγεσίην νοερὴν λάχεν* (9), κτλ.

Ἐπειδὴ τῷ κατ' ἀρχὰς χεῖρι Θεοῦ πλαστοურγηθέντι πάντα καθεξῆς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συμφυῆ καὶ ὁμοούσια, τῆ πρωτοκτίστῳ δὲ ἡ πρωτογόνῳ τοῦ προπάτορος ψυχῆ, ἀναλόγως καὶ πᾶσαι τῶν βροτῶν ἐκείθεν βλαστάνουσι καθ' ὁμοιότητα· διὰ τοῦτο καὶ τὴν νοεράν τοῦ νοδὸς ἠγεμονίαν ἅπασαι διαλαγχάνουσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀντίθεσιν εἶδε τῷδε τῷ λόγῳ ἀνακύπτουσαν ὁ θεηγόρος, τὴν ἀνόητον καὶ ἄλογον λέγω κίνησιν τῶν νηπίων καὶ βρεφῶν, παραδείγματι ταύτην πιθανῶς ἄγαν ἐπιλύεται. Ὡς γὰρ ἐν μικροτάτοις αὐλοῖς καὶ στενοπόροις πνεῦμα μέγα ἐναπολειφθὲν, στενήν τε καὶ ἔκτροπον, ὁ ἐστὶ δύσσηχον, ἀναβάλλει τὴν ἡχὴν, εἰ καὶ πάντο ὁ αὐλήτης ἐπιστήμων ὦν τύχοι· ἦνίκα δ' ἂν πλατεῖς οἱ αὐλοὶ καὶ συμμέτρως εὐρύποροι εἰς χεῖρας ἀνδρὸς τεχνίτου περιενεχθεῖεν, τότε δὴ τελείαν καὶ εὐρυθμον ἀφίξει τὴν φθαγγήν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐν νηπιώδεσι μὲν ἀσθενοῦσα μέλεσιν ἀνοηταίνει, τελειούμενοις δὲ καὶ αὕτη τελείας τὰς ἐνεργείας καὶ πάντα τὸν οἰκεῖον συναναλάμπτει σύμφυτον νοῦν.

97 *Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξεν ἐόν βροτῶν ἀφθίτος* [Υἱός, κτλ.

Ἐπειδὴ ὁ θεὸς Λόγος, ὁ ἀθάνατος τοῦ Πατρὸς Μονογενῆς, κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸν ἀνθρώπον ἐδημιούργησε, τίνας ἐνεκεν; Ὡς ἂν, φησὶν, ἔχοι τοῦτον ἐν ἡμέραις ἐσχάταις δόξης ἰδίας ἀφορμὴν καινοπρεποῦς καὶ μεγαλοπρεποῦς, ὅτε δὴ τοῦ κτίσαντος ἀνθρωπι-

στος ἐν μὲν μικροῖς αὐλοῖς στενὸν τε καὶ ἔκτροπον μέλος ἀπήχησεν, ἦνίκα δὲ εὐρυπόρους εὐρὴ αὐλοῦς, τότε τὴν αὐτοῦ τέχνην ὅλην ὑπέδειξεν· οὕτω καὶ ψυχὴ, ὡς ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ δέξεισιν ἔπεισι, κ. τ. ἐξ.

σθέντος καὶ νίου Ἀδὰμ γεγεννημένου, ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ διὰ πίστεως ὅλον τὸ γήϊνον ἀμέλῃα, καὶ τῷ οὐρανίῳ Θεῷ προσκολληθεὶς, Θεὸς αὐτῷ συνοδεύσει πρὸς τὸν οὐρανόν. Ταύτην μεταξὺ τοῦ λόγου τὴν αἰτίαν τῆς πλάσεως ὑπαινιξάμενος ἐπάγει· «Ὅτε μιν, οὗτ' ἀνέηκεν ἐλευθερον,» καὶ ἐξῆς· ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ὡς οὕτε παντάπασιν ἐλευθερον ἀφῆκεν τὸν ἄνθρωπον καὶ αὐτοδέσποτον (πῶς γὰρ καὶ ἦν ἄξιον ἔξω τῆς παντοκράτορος κείσθαι δεσποτίας;), οὕτε δὲ παντελῶς τοῦτον τρόπον ἀλόγων ἀνάγκης ὑπέζευξε ζυγοῖς· τὸν φυσικὸν δὲ νόμον καὶ ἀγαθὰς ἐννοίας τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ ἐγγραφάμενος, ἐν τοῖς μεσαιτάτοις τοῦ βιβαλοῦς παραδείσου ἀμφιτάλαντον τίθησι χωρία, καὶ ἀμφιρρέπη μὲν ὡς αὐτοκίνητον καὶ αὐτεξούσιον, γυμνὸν δὲ ὡς ἀπλοῦν καὶ ἀπόνηρον, διπλόης τε πάσης ἐλευθερον καὶ ὑποκρίσεως· καὶ γὰρ ἐμοιγε κριτῆ ἡ θεόφθεγκτος ἀπεφῆνατο φωνή· ὁ παράδεισος οὗτος οὐρανια χρηματίζει κατὰστασις καὶ διαίτα ἁγίων νοῶν, οὗ ὅτι τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀρχαῖς ὁ πλάσας, γεωργὸν ἐννοιοῦν θεῖων καὶ λόγων δραστήριον ἐθήκατο.

107 *Ὅσον μιν ἀπέργε τελειότεροιο φυτοῖο, κτλ.*

Ἐκὸς φυτοῦ μόνου τὴν γεῦσιν ἐκώλυσεν ὁ Πλαστοουργός. Εἰ μὲν τι καὶ ξύλου εἰδὸς τι ἦν ἐκεῖ τὸ τῷ πρωτοπλάστῳ ἀπηγορευμένον, τοῖς εἰποῦσιν οὐ διοίσουμαι· θεωρίας δὲ μετάληψιν κρείττονος ἢ κατὰ τὴν ἔξιν Ἀδὰμ τὸ φυτὸν ἐκείνου νοεῖν καὶ πᾶν συνθήσομαι τῷ διδασκάλῳ. Αὕτη γὰρ, φησὶ, τέλειαν ἐν αὐτῇ διακρίσιν τοῦ ἀγαθοῦ τε ἔχει καὶ τοῦ κακοῦ, κατὰ τὸν αὐτῆς μεταλαμβάνομένη καιρὸν· δι' ὃ οὐ τοῖς πρὸς Θεὸν ὀδεύειν ἀρχομένοις, ἦτοι νηπίοις καὶ ἐταλέσιν ἐν Χριστῷ, λυσιτελεῖς, ἀλλὰ τοῖς τὴν νοερὰν προσηκοφῶσιν ἡλικίαν, καὶ εἰς μέτρον πνευματικῆς ἀναδείσεως ἐν θεωρίᾳ καὶ πράξει Χριστοῦ κατηγηκόσιν, τοσοῦτον βαρύνουσα τοὺς ἀτελεῖς, ὅσον καὶ ἡ στερεὰ τροφή τοὺς γάλακτος ἔτι δεομένους. Ἄλλ' ἐπειθὲ τοῦ φθονεροῦ δαίμονος ἐπιβουλαῖς καὶ γυναικὸς παραινέσεσιν ἠττηθεῖς, τῆς ἀπειρημένης ἐκείνης γεύσεως πρὸ ὥρας καὶ παρὰ τὴν ἐντολήν μετέσχε, τοῖς δερματίνοισι μὲν χιτῶνας, ἦτοι τὴν βραεῖαν καὶ θνητὴν σάρκα, ἀντὶ τοῦ διαφανεστάτου καὶ λεπτοτάτου σώματος νεκροφόρος ἀμφιάσατο γεγονώς. Τῷ θνητῷ δὲ τοῦτον γενέσθαι, διακέκοπται μὲν ἡ ἀμαρτία τῷ θανάτῳ, ὡς μὴ δικαιωνίζειν τὸ κακόν, καὶ τοῦτο δὲ ἔργον ἀγαθότητος Θεοῦ· αὐτὸς δὲ

117 *Ἦλθε μὲν ἄλσος ἐκτὸς ἐπὶ γῆνα, εἷς [γένος ἦεν, κτλ.]*

Τοῦτο τῆς παραβολῆς τὸ κέρδος, καὶ ταύτην ὁ ἄνθρωπος ἀπίνατο τῆς παραβάσεως ἀντάμειψιν, τὸ ἔξω πεσεῖν τοῦ παραδείσου, καὶ εἰς γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη, στραφῆναι, καὶ ζωὴν ἐπώδυνον καὶ πολὺμολχον κατακριθῆναι· τῷ ἐριτίμῳ δὲ τῆς ζωῆς ξύλῳ τῷ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείτου νοουμένῳ, ὃ δὴ τυχόν ἡ ἀκραίφνης σάτης Θεοῦ θεωρία καὶ ἀκροψατὴ τοῦ ἀκαταλήπτου γνώσεως ἐστὶ, τούτῳ δὴ τῷ φυτῷ τὸν πύρινον αὐτοῦ ζῆλον, ὃν καὶ φλογίνην βρομφαλὴν ἡ θεία λέγει Γραφή καὶ Χερουβαίμ (10) κατονομάζει, ἀγγελικὰς δυνάμεις

(10) *Χερουβαίμ.* Sic codex.

st novus Adam; hinc vetus Adam per fidem omne terrenum immutat et Deus agglutinatus Deo caelestii, cum ipso pergens iter ascendit in caelum. Hanc in tractando causam plasmationis revelans pergit: «Nec eum libenter sivit liberum,» et seq. Id est, sicut non omnimode liberum permisit hominem et sui juris, — quomodo enim dignum fuisset hominem dominationis Omnipotentis exemptum stare? — nec omnino illum jugo necessitatis irrationabilium more revinxit; sed lege naturali et rectis cogitationibus in corde ipsius inscriptis, in mediis paradisi viridantis ad utraque aptum ponit regionibus, ad utraque quasi proclivem, qui affectuum esset compos, suiipsius arbitrii, ponit et nudum, qui simplex et absque malitia, liber esset ab omni duplicitate et hypocrisi. Mihi enim iudici vox a Deo certe insonuit: Paradisus iste caeleste firmamentum vocatur, et sanctorum spirituum vita, cujus in principio hominem Creator cultorem constituit, cogitationes sermonesque divinos operose observantem.

107 *Una ei interdixit perfectiore arbore, etc.*

Unius tantum fructus gustum vetuit Plasmator. Quod fuerit aliquid pulchrum in ligno hoc protoparenti prohibitum dicant alii, non contra invehar, sed considerationis allegoriam melioris quam secundum usum Adam illum intelligere fructuum, perfectio consentiam magistro: Quae allegoria, inquit, perfectum in se ipsa iudicium de bono et malo habet, accepta in ipsius tempore opportuno. Idcirco accedere ad Deum incipientibus, infantibus scilicet et imperfectis in Christo non expedit, sed aetate intelligenti provecis et iis qui ad altiore spiritus mensuram in consideratione et operibus Christi pervenerunt. Haec vero tantum gravis imperfectos quantum solidi cibi eos qui lacte adhuc indigent. Sed postquam invidi suasionibus diaboli et mulieris invitationibus victus, velitum fructum ante tempus et praeter mandatum gustavit, pelliceis tunicis gravem et mortalem carnem quae successit nitido et fulgido corpori letifer vestivit, ipse sub his ad mortem designatus. Frangitur autem peccatum per mortem ita ut non sit aeternum malum, auctore optimo Deo: Homo vero ipse

117 *Ejectus e paradiso venit in terram e qua ortus [erat, etc.]*

Hic fuit divisionis fructus, illud comparavit homo transgressione sua quod exciderit de paradiso in terram e qua sumptus est reversurus, ad vitam doloribus ærumnisque refertam damnatus, quin, circa pretiosissimum vitæ lignum in medio paradiso intellectum quod esse potest purissima Dei contemplatio et sublimis incomprehensibilis Dei cognitio, circa hoc lignum, igneam ipsius zelum, quem flammeum gladium divina dicit Scriptura et Cherubim vocat, angelicas virtutes dico et cœ-

Lominum pessime invecata est. Nec solum alienis in gentibus dictis modis corruptio manavit, imo et Hebræorum populus, sanctus propter Abraham reputatus, periens aut sensu carens non stetit obtemperans divinis prophetis lamentantibus et iratum in ipsos placantibus Deum : de quibus non semel antea ob idololatricam populi fuerunt qui sicut Moyses et Elias morti dederunt peccatores.

22 *Ne principes quidem Deum timebant, etc.*

Non vulgus tantum in Israel, non popellus et inconditus quisque dictis impietatibus commaculatus est, sed neque ipsi reges, inquit, et principes erga Deum patrum suorum pie se gerebant : illerum nempe plurimi quam pessimi nec lucis nec viridario-rum umbrosis nec montium cacuminibus nec regionum amœnis renuntiaverunt. Ipsiconvenientes, altaria dæmonibus a se adoratis erigebant, filiosque et filias suas immolabant. His contaminati magni Dei indignationem in seipsos incendebant et iram. Idcirco diversis servitutis et abductionis infortuniis traditi et pluries captivi ducti et ejeti iterum atque iterum exterminationi absolutæ ab ipsorum urbibus ejectioni dediti sunt multorum calamitate dierum. Ergo vetus Israel et quotquot secundum carnem prætermittent dictum reducem ad Deum tramitem, scilicet Christi mortem, incredulitate sua fracti sunt et a via deturbati.

26 *Ipsorum loco intravi ego, et seq.*

His carminibus, theologia in Apostolicas mentes nos inducit : namque sicut primo gentium incredulitate misericordiam Israel consecutus est fidens in Deum, sic rursus incredulo Israel gentes credentes salvabuntur in Christo ; cum autem intraverit plenitudo gentium, tum rursus omnis Israel zelum habens credet et salvus fiet ; sic enim alter per altero bonum zelum habentes ambo populi ac credentes in sapientia Dei in eadem misericordia ad finem concludentur. Dicit ergo magister a facie gentium, quomodo fracto Israel, tanquam ramo propter incredulitatem, viam fidei ego ingressus sim, quæ via est zelum gressus et actus rectos dirigens, fide salutari iter pandens ad Christum in quem tandem credentes revertentur, eumque juxta primordiales prophetias requirunt, postquam fructibus repleti fuerint incredulitatis et ferventis præ zelo et invidia insectationis Gentium, quibus mutatio contigit ejectis illis propter incredulitatem quorum loco per fidei hi intraverunt.

τοῦ πρὸς τὰ ἔθνη πυρίσεων καὶ κακώσεων ἀναπληρωθῶν δὲ ἀπιστίαν, οἱ δὲ διὰ πίστιν εἰσεληλυθότες ἀντὶ αὐτῶν

(14) Cod. περιήψεν.

(15) Ἢδη δὲ... βουλὴν ἔστιν. Hæc verba sibi parum arridere affirmat Billius. — Cod. ἱερῶν.

(16) Cod. κατεκτείνωσαν.

(17) Edit. κατελιμπάνωσαν.

(18) Τῇ ἀπιστίᾳ, κ. τ. λ. V. Epist. ad Rom. xi,

ἐν τοῖς τῶν φιλῶν οὐ κακῶς πιστὸς ἀποδεικνύμενος, ἀλόγιστον περιήψεν (14) τὴν προσκύνησιν· οὕτως εἰδωλολατρεία τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπ' ἀρχῆς παρεμφθάρη βίῳ. Καὶ οὐ μόνον οἱ ἐκ τῶν ἄλλων ἰθῶν τοῖς εἰρημένους τρόποις κατεφθειρόντο, ἦδη δὲ καὶ Ἑβραίων ἱερὸν ἔθνος διὰ τὸν Ἀβραὰμ νομισθὲν ὡς ἡ ἀπολωλεκὸς βουλὴν ἔστιν (15) οὐχ ὑπέκον θείας προφήταις ὀδυρομένοις καὶ ἐξίλασκαμένοις τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ αὐτῶν, οἱ πολλὰκις πρότερον διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν αὐτῶν, ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἡλίας, κατεκτείνωσαν (16) αὐτοὺς.

22 *Οὐδὲ μὲν οὐ βασιλεῖς ἐτάφρευον, κτλ.*

ζῆν καὶ ἐλεεῖν ἑμαυτὸν διὰ τῆς ὑπακοῆς καὶ φυλακῆς τῶν σῶν ἐντολῶν· ἢ ἀναιρεῖν ἑμαυτὸν τῇ παρακοῇ, καὶ μὴ ἐλεεῖσθαι εἰκότως τιμωρούμενον, τῷ ἔχθρῳ μᾶλλον ἢ τῷ Δημιουργῷ προσθέμενον. Ὅπερ ὁ προπάτωρ ἡμῶν δρᾶσας μὴ ἐλεῶν ἑαυτὸν, οἷον εὐφάσγανον τὴν ὀλεθρίαν συμβουλήν καθ' ἑαυτοῦ παραξέμενος, ἀναιρεθεὶς ἐκείνη καὶ ἐξ ἀθανάτου θνητὸς γενόμενος ἔρχετο. Συμμύοντων τοίνυν πάντων αἰσθητηρίων καὶ αἰσθητικῶν ἄμφω τῶν προσώπων, καὶ οἷον ἀνακιρναμένων καὶ φυραμένων ἀλλήλοις τῶν σωμάτων ἐν τῇ μίξει, ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου ἢ ἀπόρρητος καταβολὴ γίνεται, ὁ πρῶτον δοθὲν καὶ ἐπικρατέστερον σπέρμα· ὅθεν καὶ πρὸς ἀμίαν καὶ ὁμοίωσιν ὁ χαρακτήρ ἐντυποῦται ἐκείνου ἢ ταύτης. Οὕτως οὖν ἡ τοῦ ἀρρένου καταβολὴ ψυχρά τις ὑπάρχουσα καὶ ὀστοειδής, εἰς ὀστέων καὶ νεύρων μεταποιεῖται βώμην, στεβρῶμένη καταλλήλως τῷ ἀποκρίναντι τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ γυναικοῦ ἐν τῇ συνευεῖᾳ ἀντιιδόμενον αἷμα θερμὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ὑπὲρ τοῦ ψυχροῦ παγῆν εἰς σάρκα μεθίσταται. Ἡ δὲ σὰρξ ζωτικὴν τινα δύναμιν θεόθεν ἐμπνεομένη ζωογονεῖται. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐκ' αὐτῆς, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς πᾶσι τοῖς κατοῦσιν αὐτὴν, φησὶν ὁ θεός.

inspiratam, vivificatur. Ego enim sum qui feci terram, et hominem ex ea, quique dat statum vitæ omnibus qui ambulant in ea, inquit Deus.

Aller hic locus est ex iis quorum paulo ante mentionem feci. Nam adjecta fuisse arbitror hæc ab aliquo, qui cum Cæsarii sententiæ conjunctam eodem loco philosophorum etiam exterorum opinionem de formatione hominis habere vellet.

Λόγος ἐκ τῶν βξω.

Ἡ φύσις ἐνυπόκειται τῷ σπέρματι· ἡ γὰρ ἐν τοῦτω δύναμις, ἐπειδὴν ἀρχεται κινεῖσθαι, φύσις ὀνομάζεται, διὰ τὸ φύειν καὶ γεννᾶν. Τρέφεται δὲ ἐκ τῆς ἐν τῷ σώματι τροφῆς· ὡς οὐδὲ τροφὴ ἀνευ ὕλης. Κινεῖται δὲ εἰς ἑαυτὴν ἐκπέπουσα τὰς τροφάς· ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς συντελοῦσα τὰς ἀναδόσεις. Δυνάμεις δὲ τῆς φύσεως τρεῖς, ἡ γεννητικὴ, ἥτις τοὺς τοῦ σπέρματος προεληφε λόγους· ἡ αὐξητικὴ, ἔχουσα τὴν κατὰ χρόνον κίνησιν· καὶ ἡ θρεπτικὴ, τῆς τροφῆς τὴν ἐξεργασίαν. Διήκουσι δὲ διὰ παντός τοῦ σώματος ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ· ἡ δὲ γεννητικὴ ἐν τοῖς παραστατικοῖς μόνον τοῖς περιεκτικῶς τοῦ σπέρματος κατασχολεῖται· δὲ ἡ φύσις τὰ πρῶτα περὶ τροφῆν καὶ πνεῦμα. Πνεῦμα ἐνθερμον ἐξ αὐτοῦ κινούμενον κατὰ τοὺς σπερματικούς λόγους, γένων τε καὶ τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον ἐν χρόνους καὶ μεγέθεσιν ὀρισμένοις.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜ.

Συνυπάρχειν ἡμεῖς λέγομεν τὴν ψυχὴν τῇ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς καταβολῇ, καὶ ζῶν καὶ ἐμψυχὸν ὑπάρχειν, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ ζῶντος, καὶ ἐμψυχον σώματος αἱ ἀφορμαὶ τῆς ἡμετέρας, καὶ ὡσπερ αἱ τῶν δένδρων ἀποσπᾶδες, αἱ τὸ ἐκάστου σπέρμα ἔχουσι, τὴν ἐξ ὧν ἀφῆρέθησαν ζωτικὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ τὸ θερμὸν τὸ αἷμα, καὶ τὸ ζῶν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα· εἰ καὶ οὐχ ὁμοίως τῷ αἵματι πάντως, ἔχουσι τὸ ζω-

ricordiam apposuisti mihi, inquit; quasi dicat, In me posuisti ut viverem, et ut misererem mei ipsius per obedientiam et observationem tuorum mandatorum; aut ut perimerem meipsum per inobedientiam, neque misericordiam consequerer, merito poenas dependens, inimico potius quam opifici adhærens. Id quod primus noster parens fecit, qui non misertus sui ipsius, veluti gladium ipsam perditionem consultricem adversus semetipsum suscepit, illoque interfectus est, et ex immortalis mortalis factus periit. Cum igitur clausis omnibus sensuum sedibus et ipsis ambarum personarum sensuum quasque temperatis atque permistis inter se corporibus in coitu, ineffabile sit initium, videlicet faciei expressio, de excreto primum potioreque semine, unde ad delineationem et similitudinem, figura vel feminæ vel viri exprimitur: atque hoc modo cum viri excrementum frigidum quodammodo sit et osseum, in ossium et nervorum commutatur robur, pro ratione illius qui excrevit soliditatem habens. Quod autem a muliere in concubitu vicissim redditum est, cum calidus sit natura sanguis, a frigido condensatum, in sanguinem convertitur. Caro autem per vitalem quamdam vim divinitus

Verba de libris exterorum descripta.

Natura inest semini. Nam quæ est in eo vis, quando moveri cœperit, natura nominatur, propterea quod nascendo producit et generat. Nutritur autem alimento quod est in corpore, quemadmodum neque nutrimentum absque materia est. Movetur autem in semetipsam, cibos concoquens, et per semetipsam perficiens digestiones. Facultates vero naturæ tres sunt: generans, de qua jam antea dictum in mentione seminis; augescens, quæ habet motum secundum tempus; et nutriens, ad quam cibi confectio pertinet. Per universum autem corpus nutriens et augescens facultates sese didunt; generans vero tantum sita est in geminis testibus semen continentibus. Occupata autem est natura primum circa cibum et spiritum; qui spiritus interna vi calidus, ut qui per se movetur secundum id quod dictum est de semine, gignit et absolvit hominem temporibus et magnitudinibus definitis.

INTERROGATIO CXL.

Simul existere nos animam dicimus cum eo quod a viro excernitur, et vivum animatumque quiddam est, quandoquidem et a vivente et animato corpore causa ac origo nostri ortus est, quemadmodum et ab arboribus avulsi rami, qui uniuscujusque semen habent, vitalem facultatem earum a quibus sumpti sunt, continent. Nam si calidus est sanguis, etiam vivum illud semen viri calidum est; ac licet san-

guine non omnes similiter dispositi sint, tamen vitalem quamdam causam habent, quæ est anima. Propter tenuitatem autem et exiguitatem constitutionis primi diei, cum non possit suas operationes perfecte declarare propter subtilitatem ejus quod est dejectum, quo deinceps augescente in alvo materna, et in carne verso, et inde verso in fetum, una augetur; sicque demum perfecte anima suas declarare effectiones, et apparere cum perfecto jam corpore potest.

Responsio.

Ab sit ut exsistere animam cum semine cogitemus. Nam quo pacto simul exstitisse cum Adamo putabimus animam, qui absque conjunctione aliqua vel procreatione factus fuit? Nam si ex viro animam simul externi concesserimus, sequetur omnino, etiam Dei Verbi incarnati animam ex semine unitam corpori. id quod fuerit extremæ dementiæ ac blasphemici, ingentem merentis pœnam. Eadem ex vesania sequetur, pœnas daturus potius, quam præmia certaminum coronasque reportaturos, qui scortationem fugiunt, et fortiter adversus ipsam decertantes, ac propter regnum celorum semetipsos continentia castrantes, quemadmodum inquit Dominus²³, animas intra semetipsos suffocant, et una cum terrenis interinunt membris, sua sobrietate deteriores evadentes quam sint effeminati et voluptati dediti. Num igitur et Paulus ille sublimi prælitus intellectu manebit inhonoratus, pœnasque pendet quasi qui supplicia nobis animarumque necesse conciliaverit, tam re ipsa quam verbis docens, et scribens universo orbi, fugiendam esse scortationem et mulierem non tangendam, si fieri queat? Quare igitur et scortatorem Corinthium punivit, in se suffocatam animam ad vitam emittentem? Quare item seminis fluxu laborantem lex purificari et aqua submergi præcepit, si videlicet arctata nimis anima de ejus lumbo progressa est? Qualitatem vero plantarum fructuumque ramos, aut semen accepit Deus, quibus ab initio terram exornavit? Quomodo Sara cum Abrahamo ad centesimum ab adolescentia cubans annum, idemque semen excipiens, nunquam invenit animatum esse illud excrementum, nisi divino præcepto, ut nasceretur Isaacus unigenitus filius centum natis annos? Et quomodo Anna cum Helcana lecti consuetudinem habens pluribus annis, nunquam in utero animatum excrementum suscepit, priusquam in sacrarium veniret, Numenque pro fecunditate exorasset? Cujus supplicii precatione Deus suscepta, quæ multis quidem temporibus de se judicaverat, quæ vitalem fetum nunquam parituram, velut in animam materiam sequenti concubitu consueto more dejectam animavit, et eximum illum divinumque Samuelum formavit, quem post pueritiæ infantis lactentis statum, sancto illi Deo qui sanctum puerum præbuerat, tunica amictum mater obtulit, a cunabulis Deo consecratum? Quomodo item anus egregia Elisabeta a tenera et

τικὸν αἰτιον, ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ. διὰ δὲ τὸ εὐτελὲς καὶ οὐδαμινὸν τῆς πρώτης ἡμέρας καταστάσεως μὴ δυναμένης τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας τελείως ἐπιδείκνυσθαι, διὰ τὴν εὐτελὲς τῆς καταβολῆς, αὐξομένης δὲ ταύτης ἐν τῇ γαστρὶ καὶ εἰς σάρκα τρεπομένης, ἐκείθεν εἰς βρέφος τρεπομένης συναυξέσθαι. καὶ τελείως ἐπιδείκνυσθαι τὴν ψυχὴν τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας, καὶ συνεκφαίνεσθαι τελειομένου τοῦ σώματος.

Ἀποκρίσις.

Ἄπαγε συνύπαρξιν νοεῖν τῶν ψυχῶν. Πόθεν γὰρ συνύπαρξιν τῷ Ἀδάμ τὴν ψυχὴν νοήσωμεν, ἀνευ συμπλοκῆς τινος ἢ σπορᾶς δημιουργηθέντι; Εἰ γὰρ συναποκρίνασθαι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τὴν ψυχὴν ἔδομεν, ἔφεται πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σιρκωθέντος ψυχὴν ἐκ σπορᾶς ὑποτίθεσθαι, ἡνωμένην τῷ σώματι· ὅπερ ἐστὶν ἐσχάτης ἀνοίας, καὶ βλασφημίας, ἀπέραντον ἐχούσης κόλασιν. Ἐκ δὲ τῆς παροινίας ταύτης δίκας μᾶλλον τίσουσιν, ἢ ἐπάθλα καὶ στεφάνους κομίσονται, οἱ τὴν πορνείαν φεύγοντες, καὶ γενναίως κατ' αὐτῆς ἀγωνιζόμενοι, καὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἑαυτοὺς ἐγκρατεῖα εὐνουχίζοντες, καθὼς φησὶν ὁ Κύριος, ψυχὰς ἑαυτοῖς ἐγκαταπνέγοντες καὶ συνεκρούοντες τοῖς ἐπιγείοις μέλεσιν, ἥττονας μᾶλλον τῇ σωφροσύνῃ καὶ ἀγνεῖ τῶν λαγῶν καὶ φιληθῶν ἀποβαίνοντες. Ἄρα δὲ καὶ Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀναγέραςτος μείνη, καὶ εὐθύνας ἀποτίσῃ, ὡς τιμωρίας ἡμῖν προσενήσας κατὰ ψυχοκτονίας ἔργῳ καὶ λόγῳ παιδεύων καὶ ἐπιτελλῶν τῇ οἰκουμένῃ, φεύγειν τὴν πορνείαν, καὶ γυναικὸς μὴ ἄπτεσθαι, εἰ οἶδόν τε; Διατί δὲ καὶ τὸν πορνεύσαντα Κορινθιον ἐτιμωρήσατο, ἐμπνιγομένην αὐτῷ ψυχὴν πρὸς ζωὴν προϊέμενον; Διατί δ' ἄρα καὶ τὸν γονορροῦν ὁ νόμος καθαίρεσθαι καὶ ὕδατι ἀποκλιζέσθαι προσέταξεν, εἰ ἄρα ψυχὴ ἐνστεννομένη αὐτοῦ τῇ ὁσφύϊ προσεῖληλυθεν; Ποίων δ' ἄρα φωτῶν ἢ καρπῶν ἀποσπάδας, ἢ σπέρμα λαβῶν ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ τὴν γῆν κατακόσμησεν; Πῶς δὲ Σάρρα τῷ Ἀβραάμ εἰς ἑκατὸν ἐκ παιδὸς συγκαθεύδουσα ἔτη, καὶ τὴν αὐτὴν ὀποδεχομένη καταβολὴν, οὐδέπω ἐμψυχὸν εὔρε τὸ ἀπόκριμα θεῷ προστάγματι, καὶ γενέσθαι (sic) Ἰσαὰκ μονογενὲς παῖς τοῖς ἑκατονταεταῖς; Πῶς δὲ Ἄννα τῷ Ἐλκανᾷ συγκλινομένη ἐφ' ἱκανοῖς ἔτεσιν, οὕτω κατὰ γαστρὸς ἐμψυχομένην τὴν καταβολὴν ἐδέχετο, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν φοιτῆσαι, καὶ τὸ θεῖον ἐκλιπαρῆσαι παιδογονίας ἕνεκεν; Ἦς τὸ θεῖον τὴν ἱκετεῖαν προσδεξάμενον, τὴν πολλοῖς μὲν χρόνοις κατακρυνομένην αὐτῇ μηδέποτε ζωογονουμένην, ὡς ἄψυχον ὕλην τῇ ἐπιούσῃ συγκατεσυνάσει εἰωθότως καταβληθεῖσαν ἐνεψύχωσε, καὶ τὸν ὑψηλὸν Σαμουὴλ ἱερὸν διετύπωσε, ὃν ἐκ νηπίας καὶ ὑπὸ τίτθου καταστάσεως ἀπορράγαγντα, τῷ παρασχομένῳ ἱερῷ τὸν ἱερὸν παῖδα, διπλοῖδι περιστελλασα ἡ μήτηρ προσηνένοχεν ἐκ σπαργάνων Θεῷ καθιερώσασα; Πῶς δὲ καὶ ἡ καλογαυὸς Ἐλισάβετ ἐξ ἀπαλῆς καὶ σφιγγῶσης ἡλικίας τῷ συνήλικι Ζαχαρίᾳ συγκαθεύδουσα, εἰς αὐτὴν πολὺν ἐλάσαντες, καὶ τῶν γαμικῶν οὐκ

²³ Matth. xix, 12.

απειπάμενοι νόμων, οὐδέποτε ζώσης συγκράσεως ἐπίτυχον, πρην τῇ τοῦ ἀγγέλου φωνῇ ψυχωθῆναι τὴν ἐν τῇ ὄσφύϊ κειμένην ὕλην· ἥς παρ' ἑκατέρων συγκρατηθεῖσθαι, καὶ εἰς σάρκα παραίσεως, οἰνοὶ λατομοῦ τινὸς χειρὶ ἐξ ἔδρους ἢ μετάλλου ἀποσπασθέντος λίθου, καὶ τῇ καθ' ἡμέραν λαβεῖν διαγλυφομένου, μέχρις ἂν πρὸς τὸ ἐρῶσθαι τοῦ ἀνδριάντος φθάσῃ ἐκτύπωμα; Οὕτω τῇ ἀρβήτη μηχανῇ, ἢ ποτε ἐν τοῖς πρεσβύταις ἄψυχος, καὶ εἰδεχθῆς ὕλη εἰς Ἰωάννην διαγλύφεται, καὶ δι . . . τὸν Βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον. Σιωπάσθω οὖν ἡ τῶν ψυχῶν μυθευομένη συνύπαρξις ἐν τῇ ἀπαφρίσει τοῦ ἀβρένοσ. Πῶς γὰρ ἡ ἀφθαρτος καὶ ἀθάνατος τῷ φθορῶν καὶ εἰδεχθῆς συνύπαρξις; Πῶς γὰρ ἡ ἀμεινους καὶ κρείττονος φύσεως ἐκ τῆς ἡττοῦσ καὶ χείρονος τὴν αἰτίαν ἔχει εἰς τὴν βίου πρόδοον; Πῶς δὲ οὐκ ἄστοπον ὑπονοεῖν ἐν φθορᾷ αὐτὴν κατασπείρεσθαι, τοῦ Ἀποστόλου φάσκοντος περὶ τοῦ σώματος, *Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἀγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, σπείρεται σῶμα ψυχικόν, οὐχὶ δὲ ψυχὴ*; Τὸ γὰρ ψυχικὸν ἀντὶ τοῦ ἰδίου τῆς ψυχῆς ὑπάρχοντος ὄργανον. Ἡμεῖς μὲν δὲ καὶ ἡ ληρομένη μεθύπαρξις. Ἄμα γὰρ τοῦ νοῆσαι Θεόν, ὁποῖόν τι χρὴ ὑπάρχειν ἕκαστον, αὐτὸς καὶ ἡ ὕλη πάρεσι καὶ τὰ ἄσπρα τῆς ἐκάστου ὑπάρξεως τῷ θεῷ συμπάρεσι δραστικῶς βουλῆματι. Οὕτε γὰρ προὑπαρξίν ἢ μεθύπαρξιν ψυχῶν ἢ θεῶν παιδεύει Πυκτῆ, ἵνα μὴ πρεσβύτης καὶ νέος αὐτὸς ἑαυτοῦ οἰηθῇ ὁ ἀνθρώπος· ἀλλ' ἄμα τοῦ φῆσαι, *Καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦρ ἀπὸ τῆς γῆς, ἐπλασε τὸν ἀνθρώπον*, θάττον ἐπλάγει, *Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἀνθρώπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν*. Οὕτε οὖν ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, οὕτε τὸ σῶμα ὑπάρχει ἀνθρώπος. Ἐκατέρων γὰρ τὴν συνάφειαν καὶ ἔνωσιν ἀπηρτίσθαι βροτῶν ὁ τῶν θεῶν συγγραφῶς Μωσῆς ἀπεφῆνατο.

factus est homo in animam viventem ²². Neque igitur anima per se, neque corpus est homo, cum utriusque copulatione ac unione perfectum esse hominem divinorum scriptorum auctor ille Moses declaraverit.

Ἄλλ' ἐπὶ τὰ ὅθεν ἀπέδημεν τοῦ λόγου, πάλιν φοιτήσωμεν. Τῷ ψυχρῷ παγὲν τὸ αἷμα εἰς σάρκα μεταίσταται· ζύξομένην δὲ ταῖς κατὰ μέρος τῶν σιτηρίων ποιότητων αὐτῇ ἐνιζόμενων ὑπὸ τοῦ διδόντος τροφὴν πᾶσθαι σάρκι, καθὼς φησι *Δαβὶδ ὁ τῶν θεῶν μελωδός*. Καὶ ὡσπερ θαλάττιαι σάρκες, οἰνοὶ ἐν νηδύϊ ταῖς τῶν ὄσφρέων καὶ κτενῶν κάλυξι τρεφόμεναι, ζωτικὴν μὲν θεοθεν ἔχουσαι δύναμιν, σκαίρουσαι, πάλλουσαι, στόματος ἡ ἀκοῆς ἢ ὀδόντων ἢ γευστικῶν ὄργάνων ἄμοιροι καὶ ἀδιάρθρωτοι, μόνῃ δὲ τῇ ἐνιζομένη τῶν ὀδόντων νοτίδι τρεφόμεναι. Ἄλλ' ἔκεινα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος μένει διηγεκῶς, τοιαύτης παρὰ τοῦ θεοῦ προστάγματος; λαχόντα φύσεως· ἢ δὲ τῆς ἡμετέρας; γενέσεως ἀφορμὴ βραχεία μὲν τις ὑπάρχουσα κατὰ τὴν πρώτην τῶν σπερμάτων σύγκρασιν, ταῖς κατὰ μέρος προσθήκαις τῶν εἰσκρινομένων σιτηρίων ποιότητων περιυφανομένη καὶ διόγουμένη ἀρβήτηως διαμορφοῦται τῇ νοσρᾷ καὶ ἀρβήτη θεῶν χειρὶ τοῦ ἐκ χοῦδος διαπλάσαντος ἡμῶν τὸν προπάτορα. Εἰθ' οὕτως ἐν τῇ παρολίῃ ἐννασηναιου χρόνου, τελειοργθῆναι τὸ βρέφο; θεῶν βῶμῃ, τῇ βῶ-

florida ætate cum cœlestano Zacharia cubans ad ipsam usque canitiem, cum quidem matrimonialibus legibus non renuntiarent, nunquam tamen sunt assecuti commistionem vivam, priusquam angeli voce animaretur in lumbo jacens materies, ab utrisque secreta et in carnem solidata, quasi cujusdam lapicidæ manu a monte vel metallo revulso lapide, et quotidiana cœlatura exsculpto, usque diu perfectam effigiem statuæ consequatur? Sic et ineffabili arte materies quæ quondam in senibus erat inanima et informis, in Joannem exsculptitur, et.... Baptistam et præcursorem. Proinde cesset fabulosum illud commentum de existentia animarum in semine, dum illud a mare excernitur. Quomodo enim res incorruptibilis et immogialis cum corruptibili et informi existeret? Quomodo item anima quæ melioris et præstantioris est naturæ, ex deteriore ac viliori causam ortus in vitam haberet? Quomodo non absurdum sit, putare animam in corruptione procreari, cum de corpore dicat Apostolus: *Seritur in corruptione, suscitatur in incorruptibilitate: seritur item corpus animale* ²³, non autem anima? Nam animale dicitur, tantquam animæ proprium, cum corpus animæ sit organum. Desinat etiam delirium de eo, quod deinceps primum existat. Nam simul atque Deus cogitat, qualemnam oporteat unumquolibet esse, mox etiam materies adest, et.... uniuscujusque naturæ cum efficacitate divinæ voluntatis concurrunt. Neque enim vel prius existere, vel existere posterius animas divinæ Litteræ docent, ne senex et juvenis idem sui ipsius respectu putaretur homo, sed simul ac dictum esset: *Accepto Deus pulvere de terra formavit hominem*, confestium subjungitur: *Et inspiravit in faciem ejus flatum vitæ, et*

Sed ad ea unde digressi sumus, revertamur. Sanguis frigiditate solidatus in carnem transmutatur. Crescit autem pro ratione nutrientium qualitatum cum ipsa unitarum, ab eo qui cibum dat omni carni ²⁴, quemadmodum inquit Davides, carminum divinorum auctor. Quemadmodum et carnes marinæ, velut in utero, in ostrearum et pectinum marinorum testis nutritæ, vitalem divinitus habent vim salientes et vibrantes sese, cum oris, auditus, dentium atque gustus organorum sint expertes, et articulis careant, ac solo aquarum humore nutriantur. Sed tamen illa in eadem forma perpetuo manent, talem divino jussu naturam sortita. Nostræ autem generationis causa, licet exigua quædam sit ad primam seminum commistionem, particularibus additamentis ingestarum nutrientium qualitatum quasi contexta et augescens ineffabiliter formatur per intellectilem et invisibilem Dei manum, qui ex pulvere formavit primum nostrum parentem. Sicque deinde mora temporis novem mensium, perfecte absolutus divina vi fu-

²² I Cor. xv, 42, 44. ²³ Gen. ii, 7. ²⁴ Psal. cxlxxv, 25.

tus, per robur gestantis uteri nutritur. Non quasi non possit universorum opifex exiguum illud in matrice dejectum nostri initium, vel etiam absque illo, quemadmodum omnia ex nulla subjecta materia produxit, nos mox perfectos et absolutos formare, velut Adamum, ideoque indigeat mora temporis novem mensium in imperfectis fetibus, sed ut instar pellis aut membranæ per factam paulatim formationem intus jacentis, major fiat uterus, et intus saliente fetu, femellæ organa extendantur. Non enim caperent infantem absolutum, si mox illis imponeretur. Habetque locum hic, quod ii faciunt, quo exiguo et quidem sicco utre multa complecti volentes, eum subigendo et extendendo firmiorem capacioreque reddunt. Sic igitur mihi videtur, quæcunque ossea sunt et nervosa, ex maris excremento roborari: quæcunque vero sanguinea et carnosa, ex eo quod femina contribuit, consolidari: ac dicens mox sequi divinum illud verbum et opus: *Crescite et multiplicamini, et replete terram* 27, sicut inquit ad primos parentes nostros Deus, simul dicens ipse, et faciens nos crescere quidem in definitam ab ipso corporis magnitudinem, multiplicari autem posteris, et implere terram. Ex illis autem ipsis protoplastis discimus quæ ex uno quolibet ipsorum in procreatione liberorum concurrant. Ex Adamo osse lateris ablati, et in feminam facto divina manu, simul copulatio et unio naturæ declaratur.

Secundum hæc scire debemus, inesse nobis secundum elementorum..... partem aliquam calidi et frigidi, et alterius quod restat peris, nimirum humidi atque sicci. Nam terra ex qua nos Opifex produxit cum omnibus hisce mista esse mihi videtur: ipsa quidem arida appellata, humido autem innatans, ignem vero in saxis, et ferro, et lignis abditum habens, et aera per ipsam universam diditum, eamque foventem. Formato in utero fetu, et ad articulatam membrorum commissuram obscura humidaque materia exsculpta, nutritur deinceps et crescit unumquodlibet membrorum pro qualitate illorum quæ matris alvum intra recipiuntur, sicut in agricultura fieri solet, ex nubibus imbre, aut elicum rivis arva subjecta rigantibus. Sit autem hortus aliquis de quo sermo habeatur, infinitas plantarum species enutrients, diversæ tum speciei tum formæ, in uno atque eodem ordine, similiter irrigans illas una quædam esto aquæ natura: nihilominus eorum quæ nutriuntur, proprietas in diversas humorem illum qualitates transmutat. Nam idem ille humor amarescit in absinthio, in liquorem vero letalem in cicuta transit, et aliud alii sit unum et idem, in croco, in balsamo, in papavere, quorum aliud quidem calefacit, aliud refrigerat, aliud vero mediam habet qualitatem. In lauro, in odorato junco, et aliis similibus aromata

μη τῆς φερούσης ἐκθυλακοῦται νηδύς· οὐχ ὡς μηλοῦ τε τοῦ Δημιουργοῦ τῶν ὄλων τὴν ἀμυδρὴν ἐκείνην ἐν τῇ μήτρᾳ καταδιθθεῖσαν ἀφορμὴν ἢ καὶ χωρὶς ἐκείνης, ὡς πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου παρήγαγε, τελείους ἡμᾶς αὔθις καὶ ἀπηρτισμένους κλάττειν, κατὰ τὸν Ἀδάμ, καὶ τούτου χάριν δεῖσθαι τῆς παρ-ολκῆς τοῦ ἐναμνησιαίου χρόνου ἐπὶ τῶν ἐμβρύων· ἀλλ' ὡσπερ δέβριν τινὰ ἢ ὄμνα τῇ κατὰ μέρος διαμορφώσει τοῦ ἐγχειμένου διογκοῦσθαι τὴν γαστέρα, καὶ διατείνεσθαι τῷ ἐνσκαλάρωντι. Ὁ γὰρ ἐχώρουν τῆς θηλείας τὰ ἕργα ἀπηρτισμένον τὸν παῖδα, ἀθρόως αὐτοῖς ἐντεθῆναι· εἰκότως τοῦτο θρώντων καὶ τῶν ἐν βραχυτάτῳ καὶ αὐχμηρῷ θυλάκῳ καταβάλλεσθαι τε πλείω πειρωμένων τῇ μαλαγῇ καὶ διατάττει καρτερόν καὶ τοῦ πλείονος χωροῦν αὐτὸν ἀπειργασμένων. Καθὼς οὖν δοκεῖ μοι, ὅσα ὀστώδη καὶ νευρώδη ἐκ τῆς τοῦ ἄρρενος ἀποκρίσεως στεροῦσθαι, ὅσα δὲ αἰμώδη καὶ σαρκώδη ἐκ τῆς θηλυκῆς ἀντιδόσεως συμπηγῦσθαι. Καὶ αὔθις τοῦτο ἐπακολουθεῖν τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ ὄραμα, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν*, φησὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἅμα φάσκων αὐτοῖς καὶ ποιῶν ἡμᾶς αὐξάνεσθαι μὲν εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ ὠρισμένον τοῦ σώματος μέγεθος, πληθύνεσθαι δὲ τοῖς ἐκγόνοισι, καὶ πληροῦσθαι τὴν γῆν. Ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τῶν πρωτοπλάστων παιδευόμεθα, τὰ ἐξ ἐκάστου αὐτῶν εἰς τὴν τεκνογονίαν συναρχόμενα, ἐκ μὲν τοῦ Ἀδάμ τοῦ ὀστέου τῆς πλευρᾶς ἀφαιρεθέντος, εἰς δὲ γυναῖκα τοῦτου δημιουργηθέντος ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, ὁμοῦ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν τῆς φύσεως δηλούσης, καὶ τὰ ἐξ ἐκάστου τὴν παιδοποιίαν συμβαλόντα.

Ἐκ δὲ τούτων νοεῖται ἐνυπάρχειν ἡμῖν τῶν στοιχειωδῶς θεωρουμένων τὴν μοῖραν τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψύχοντος, καὶ τῆς ἐτέρας συζυγίας, τῆς κατὰ τὸ ὕψος τε καὶ ξηρὸν νοουμένης. Ἡ γὰρ γῆ ἐξ ἧς ἡμᾶς ὁ Δημιουργὸς παρήγαγε, τῷ παντὶ κεκράσθη μοι δοκεῖ, ξηρὰ μὲν αὐτῇ προσαγορευομένη, τῇ δὲ ὑγρᾷ ἐπινηχομένη· τὸ δὲ πῦρ ἐν πέτραις καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλῳ ἐγχεκρυμμένον, τὸν δὲ αἶρα διὰ παντὸς διήκοντα αὐτῆς, καὶ συνθάλλοντα. Διατυπωθέντος δὲ ἐν τῇ νηδί τοῦ βρέφους, καὶ πρὸς τελείαν διάρθρωσιν τῆς ἀσῆμου καὶ ἀνύδρου ὕλης διαγλυφείσης, τρέφεται λοιπὸν καὶ αὐξεται τῶν μελῶν ἕκαστον τῇ ποιότητι τῶν ἐπισκρινόμενων τῇ γαστρὶ τῆς φερούσης· οἰοεὶ κατὰ τὴν γαστριαν πέψουσι γίνεσθαι ἐκ νεφῶν ἐπομβρίας, ἢ ὀχετῶν ἐπιφόρης διαθροχούσης τὸ ὑποκειμενον. Κῆπος δὲ τις ὑποκεισθῆαι τῷ λόγῳ μυρίας φυτῶν ἰδέας ἐν αὐτῷ τρέφων ἀλλόπτους καὶ ἑτεροσχῆμους κατὰ τὸν αὐτὸν ἕνα χρόνον· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ παίνουσα ταῦτα μία τις ὑπάφχει τοῦ ὕδατος φύσις, ἢ δὲ τῶν τρεφομένων ἰδιότης εἰς διαφόρους τὸ ὕψος μετέβαλε ποιότητας. Τὸ γὰρ αὐτὸ πεκραίνεται μὲν ἐν τῇ ἀψίνθῳ, εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κωνεῶν μεθίσταται, καὶ ἕτερον ἐξέρχεται τὸ ἐν, ἐν κρόκῳ, ἐν βαλσάμῳ, ἐν μήκωνι. Τὸ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνεται, τὸ δὲ καταψύχεται, τὸ δὲ μέσην ἔχει ποιότητα. Ἐν δάφνῃ δὲ καὶ σχοίνῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἀρωματοφόροις τνοῆ γίνεται, ἐν συκῇ

27 Gen. 1, 28.

δὲ καὶ ὄχη καταγλυκαίνεται, καὶ διὰ τῆς ἀμπέλου εἰς οἶνον καὶ τὸν βότρυον μεθίσταται, ἐν τῷ μήλῳ χυμαίνεται; ἐν τῷ κρίνῳ λευκαίνεται, ἐν τῷ ἴῳ κυαιζεται. Τοιοῦτόν τι καὶ κατὰ τὸν ἐμφύχον τοῦ σώματος ἡμῶν κήπον θαυματουργεῖται ὑπὸ τῆς φύσεως, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ Δεσπότης τῆς φύσεως, ὅσῳ, καὶ χόνδροι, φλέβες, ἀρτηρίαι, νεῦρα, σύνδεσμοι, σάρκες, δέρμα, πιμελαί, τρίχες, ἀδένες, ὀνυχες, ὀφθαλμοί, μυκτῆρες, ὤτα, καὶ μυρία πρὸς τοῦτοις ἀπ' ἀλλήλων διυστάμενα· μία δὲ τῆς τροφῆς ἰδέα πάντα καταλλήλως τῇ ἑαυτῶν πρόφρασι φύσει· ὡς ἐκάστου τῶν ὑποκειμένων τὴν τροφήν προσβαλοῦσαν, ὅπερ ἂν ἐπελάσῃ κατ' ἐκεῖνο ἀλλοιοῦσθαι, οἰκείαν καὶ προσφυῆ τῇ τοῦ μέρους ἰδιότητι γινομένην. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν γένοιτο, τῷ ὀρατικῷ μέρει συγκατεκράθη, τὸν ὕμνα ὑπαλείφω τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ τοῖς ἀκουστικοῖς μέρεσι διενιζάνων συμπεριτονοῦται τῇ ἀκοῇ, καὶ τὰ χελίη νοτίζων, οἷον δέριά τινα οὐκ εἴ καταφρυχθῆναι, καὶ γενέσθαι ἐξίτηλα· καὶ ἐν ὀστέῳ πηγνυται, καὶ ἐν μυελῷ ἀπαλύεται· ἐν τῷ νεύρῳ τονοῦται, καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ συνεπιτείνεται, καὶ εἰς ὄνυχα διαβαίνει, καὶ εἰς τρίχας γένεσι λεπτοουργεῖται τοῖς καταλλήλοις ἀτμοῖς. Καὶ εἰ μὲν διὰ σκολιῶν ἐξατμίζεται πόρων, οὐλοτέρους καὶ ἐλικτούς ἀποτελεῖ τοὺς βόστρυχας· εἰ δὲ δι' εὐθέων καὶ ἀπλωτέρων, ἀπλοῦς καὶ νήματος δίκην, διὰ τῶν ἀτμῶν τριχουμένου τοῦ ἐκ τῶν αἰτίων διζάνοντος ὑγροῦ· εἰ δὲ διὰ θερμότερων τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος ἀναθυμιάσεις ἐπὶ τὴν κράνην ἐξατμίζονται, φάλακρον πέφυκε, τοῦ ψυχροῦ ἐπιλείποντος· τοῦ δὲ θερμοῦ ἐπικρατοῦντος, καταφρυττεσθαι καὶ τριχορθεῖν. Ἄλλ' ὄντως εὐκαιρὸν ἡμῖν χρῆμα, γλυκὺ τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ τοῦ παντὸς ἀξίον λόγου, τὸν σφῶν δεσπότην καὶ πρῶταν γενεάρχην, τῷ θεσπεσίῳ Δαβὶδ συμμελωθεῖν, Ὡς ἐμμεγλύθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Τίς γὰρ λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου ἢ τίς διηγήσεται; Τίς γὰρ ἐπίσταται λόγος παραστήσαι; Πῶς γὰρ ἐξ ἑτερουσίων καὶ διαφόρων, μίαν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐδημιούργησε, καὶ οὐ διαφεύγει θάτερον θατέρου τὴν κοινωνίαν καὶ ἔνωσιν, πρὸ τῶν παρὰ σοῦ ὄρων τῆς ἐκάστου ζωῆς· ἀλλ' ἀφθόνως δικνεῖται μέχρι περάτων τῷ θνητῷ ἢ ἀθάνατος· καὶ πάλιν μακρὰν χεῖρην ἀφίησι τῇ συνημμένῃ τῷ σώματι, πειθομένη τῆς διαστάσεως τῷ προστάγματι; Τίς δὲ μὴ ἐκπλαγήσεται ἐκ χόδς ὄρων τοσαῦτα μέλη καὶ μέρη τοῦ σώματος, διάφορα ὅσῳ (91) κατάλληλα, στροφαῖς καὶ τόρναις συμβεβλημένα, ὡς σαρκῶν ὑπερείσματα, καὶ πρὸς πᾶσαν εὐκλα κίνησιν, ἔπερ ὡς ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς πάσας ἀποσώζειν τὰς ἀλογίας, μέλη μέλεσιν ἰσόρροπα, δεξιὰ χεῖρ ἰσομήκης τε λεῖα, καὶ δακτύλος δακτύλῳ, καὶ ταρσὸς τῶσπ, καὶ βᾶσις βᾶσει, καὶ τὰ καθ' ἕναστον. pari longitudine cum læva, digitus cum digito, planta cum planta, pes cum pede, itidemque compara-

ta sunt alia singula.
Ἄλλ' εἰκότως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς σφῶν δημιουργίας τῷ λόγῳ ἀναδράμωμεν, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰς πρόποδας καὶ τὰ πέδιλα φοιτῶντες· μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ

⁹⁰ Psal. ciii, 24. ⁹¹ Psal. cv, 2.

(91) Ὅσα κατὰλλ. Hæc et quæ sequuntur desumpsisse Cæsarium ex *Recognit.* lib. viii, cap. 29, non dubitat Cotelerius l. c.

ferentibus in fragrantiam commutatur, in ficu et pyro dulcescit, per vitem in vinum et botrum mutatur, in pomo rubescit, in lilio albescit, in viola fit cæruleus. Tale quiddam et in animato corporis horto mirabiliter a natura efficitur, imo vero a naturæ Domino. Ossa sunt hic, cartilagine, venæ, arteriæ, nervi, ligamina, carnes, cutis, arvina, pili, tonsillæ, ungues, oculi, nares, aures, et præter hæc infinita quædam alia, inter se diversæ, cum sit unica nutrimenti species, qua omnia convenienter pro sua natura nutriuntur, ita ut unicuique subjectorum applicata alimenta, in ejus naturam mutentur, ad quod deferuntur, ac propriam partis ejus proprietatem induant. Nam si ad oculum alimonia pervenerit, parti cernenti mista membranam oculi rigat. Et auditus partibus insidens, circumrotatur ad auditum. Et labra humectans, veluti pelliculas quasdam, non sinit ea siccare et exarescere. In osse durescit, in medulla mollescit. In nervo roboratur, in superficie una extenditur, in unguem desinit, in capilli generatione per humores convenienter attenuatur. Ac si quidem per tortuosos meatus fiat evaporatio, crispiores implicatosque crines efficit: si vero per rectos et teneriores, simplices et extentes instar filii, per evaporationes in capillos commutato illo humore, qui ex cibis residet. Si vero per calidiores cordis et jecinoris partes evaporationes in caput exhalant, calvitium fieri solet, ob frigoris defectum. Superante namque calore, exsiccati constat ac defluere crines. Enimvero res opportuna et suavis, et admiratione digna omnique prædicatione fuerit, nostrum hic nos Dominum et gubernatorem celebrare, ac una cum Davide divino vate canere: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! cuncta sapienter fecisti* ⁹⁰. *Quis enim possit eloqui potentias Domini, aut quis enarrabit* ⁹¹? Quis assequetur sermo, ut hæc exprimat? Quomodo enim ex iis quæ diversæ substantiæ sunt et inter se differunt, unam naturam nostram condidit; neque refugit alterum ab alterius communionem vel unionem, ante positos a te unicuique vitæ terminos, sed ad finem usque natura immortalis cum mortali degit; rursusque longum valedicit conjunctæ corpori, obediens imperio separationis? Quis vero non obstupescat, ex pulvere facta videns tot membra partisque corporis, convenientia inter se ossa, vertebra et juncturarum tornis inter se commissa, quæ veluti carniū adminicula fulcræque sunt, et ad omnem habilia motum, quasque ad unam sita lineam, ut quæcunque parum sunt rationi consonanea, removeant? Sunt itero membra cum membris velut in æquilibrio posita: dextera manus pari longitudine cum læva, digitus cum digito, planta cum planta, pes cum pede, itidemque compara-

Sed est operæ pretium ut ad verticem nostræ creationis oratione recurramus, inde ad pedes et talaria devenientes. Quia ab ipsa jam, si fieri queat,

anima ordiamur. Considera igitur, obsecro, teipsum, et nēminis adhibens expositionem, qua de totius universitatis officio conditorem investigates, in te metipso, velut in parvo mundo, ineffabilem Dei sapientiam perspicies. Atque ante omnia incorporeum esse mihi considera Deum, ex tua ipsius incorporea anima, nullo circumscriptum loco, siquidem neque mens nostra prius habet localem circumscriptiōnem, sed per corporis conjunctionem in loco est. Eandem inaspectabilem esse fateberis ex eadem imagine ratiocinatione ducta: sese non subjicientem carnis oculis, non colore, non forma, neque alia quadam corporali figura expressam, sed ex efficacia sua, eaque sola cognitam. Quapropter ne in Deo quidem eam quæ sit per oculos, considerationem ipsius naturæ quærito, nisi quatenus per obscuram quamdam ulterius progrediare demissionem, et ita quidem ut non fiat hoc extra velamentum aliquod. Neque enim ab ipsis quidem cherubim ratione naturæ cernitur, objectione alarum obumbrantibus faciem, propterea quod ejus ipsi non sint capaces. Proinde menti et fidei permissa consideratione, Dei contemplator eris, videns tantum, quantum recesseris ab hac crassa vitæ ratione, et ad spiritualem accesseris, admiratus ipsius sapientiam: quomodo videlicet animam inserat corpori, usque ad extremitates ejus extendens ipsam, et plurimum inter se dissidentia membra ad unam quasi conspirationem ac societatem ducens. Considera mihi, quodnam ab anima carni insit robur, et quænam a carne ad animam reflectatur affectio mutua. Quomodo quasi suum efficiat ex incorporea vita corpus, et particeps dolorum ex corpore fiat, ipsa corporis expers. Quomodo hoc læso, illa clamet, quomodo illa feliciter agente, corpus vegetum sit, et pulchrius evadat. O præclaram conjunctionem, o admirabilem unionem, o sapientiam ejus qui univit! Quis enim eloqui queat, quales penius quasique conditoria disciplinarum ea fabricaverit, ne obscurerent vetera per cognitionem eorum quæ præter illa reperiuntur, neve arceantur aliquo septo eorum quæ quotidie audiuntur, quominus exponat hodie quis ante quinquaginta annos auditum sermonem, sed distinctas et inconfusas servari recordationes institutionis, velut in saxo sculptas? Quomodo ad carnales residens affectus, propriæ pulchritudinis florem amittat, et vice versa, profectam a vitiositate turpitudinem virtute repurgans, recurat ad similitudinem creatoris. Inquit enim ipse in Evangelio: *Amen dico vobis, si duo super terram consenserint in idem* ⁴⁰; animam indicans et corpus, dominam et famulam; *si consenserint in idem*: caro quidem serviens, anima autem in virtute progressus facies, ne nimia austeritate depressa gravetur et laboribus renuntiet famula: neque vice versa ad vitiosas affectiones et volupta-

αὐτῆς ἤδη τῆς ψυχῆς εἰ οἶδόν τε, ἀπαρξώμεθα. Θία μοι τοίνυν σαυτὸν, καὶ οὐδενὸς δεήσει ἐκ τῆς τῶν ἄλων κατασκευῆς τὸν Δημιουργὸν ἐξιχνεύειν, ἀλλ' ἐν σαυτῷ οἰοεὶ ἐν βραχεῖ κόσμῳ τὴν ἀφραστον κατ' ὄψεϊ τοῦ Θεοῦ σοφίαν. Καὶ πρὸ γὰρ ἀπάντων, ἀσώματόν μοι νοεῖ τὸ Θεῖον ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀσωμάτου ψυχῆς, μηδενὶ περιγραφόμενον τόπῳ· ἐπεὶ οὐδ' ἡμέτερος νοῦς προηγουμένην ἔχει τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ σώματος συναφείας ἐν τόπῳ γίνεται. Ἄδραστον ὑπάρχειν ὁμολογεῖ ἐκ τῆς αὐτῆς εἰκόνος τεκμαιρόμενος, μὴ ὑπαίκουσαν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ χρώματι, οὐ σχήματι, οὐδ' ἐτέρῳ τινὶ χαρακτηριστῶν σωματικῶ ἀπεικαιομένην, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐνεργείας καὶ μόνης γνωριζομένην. Ὡστε μὴδ' ἐπὶ Θεοῦ ζήτησι τὴν δ' ὀφθαλμῶν κατανόησιν αὐτοῦ τῆς φύσεως, πλὴν ἀμυδρᾶς πρὸς χωρὶς συγκαταδόσεως, καὶ οὕτως οὐκ ἔξω τινὸς παραπιστάσματος. Οὐδ' αὐτοῖς γὰρ κατὰ φύσιν ὁρᾶται τοῖς Χερουβίμ, τῇ προβολῇ τῶν πτερυγῶν σχιαζομένων τὴν ὕψιν, διὰ τὸ ἀχώρητον αὐτῆς. Τῇ διανοίᾳ τοίνυν καὶ πίστει ἐπιτρέψας τὴν κατανόησιν, ἔση θεόπτῃς τοσοῦτον, ὅσον ἀπέθης τῆς ὀλικῆς πολιτείας καὶ ἐπέθης πνευματικῆς, θαυμάζων αὐτοῦ τὴν σοφίαν· πῶς τὴν ψυχὴν ἐγκρίνει τῷ σώματι μέχρι περάτων αὐτοῦ διαγῶν αὐτὴν, καὶ τὰ πλείστον (92) ἀλλήλων διεστώτα μέλη, πρὸς μίαν σύμπνοιαν καὶ κοινωνίαν ἄγων. Σκόπει δὲ μοι τίς ἢ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τῇ σαρκὶ ἐνιζάνουσα ῥώμη· τίς δ' ἢ ἀπὸ τῆς σαρκὸς τῇ ψυχῇ ἀνακλωμένη συμπάθεια. Πῶς σφετερίζεται ἐκ τῆς ἀσωμάτου ζωῆς τὸ σῶμα, ἀναμάττεται δὲ ἐκ τοῦ σώματος ἀλγηδόνας ἢ ἀσώματος. Πῶς τούτου αἰκισμένου ἐκεῖνη βοᾷ· πῶς ἐκεῖνης εὐδαιμονούσης αὐτὴ σφριγᾷ καὶ ὠραίζεται. Ὡ τῆς καλῆς συναφείας, Ὡ τῆς θαυμαστικῆς ἐνώσεως, Ὡ τῆς σοφίας τοῦ ἐνώσαντος. Τίς γὰρ οἶός τε φῆσαι ποῖα ταμεία ἦτοι ἀποθήκας τῶν μαθημάτων αὐτῆ ἐτεκτῆναι, ὥστε μὴ ἐπισκοπεῖσθαι τὰ πάλα τῇ γνώσει τῶν ἐπεισοδάτων, μὴδ' εἰργεσθαι τινὶ διαφράγματι τῶν ἐκάστης ἡμέρας ἀκουομένων, σήμερον ἀπαγγεῖλαι τὸν πρὸ πεντηκοντα χρόνων ἀκουσθέντα λόγον· ἀλλ' εὐκρινεῖς καὶ ἀσυγχύτους σῴζειν τὰς μνήμας τῆς παιδείσεως, οἰοεὶ ἐν πέτρᾳ κεχαραγμένας. Πῶς δὲ πρὸς τὰ σαρκικὰ ὑπολισθαίνουσα πάθη τὸ οἰκεῖον ἀπανθίσσεται κάλλος· πάλιν δὲ τὸ ἀπὸ κακίας αἴσχος ἀρετῆ καθαιρομένη, πρὸς τὴν ὁμολοσίαν ἀνατρέχει τοῦ κτισσαντος. Αὐτὸς γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν δύο ἐπὶ τῆς γῆς συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ (τὴν ψυχὴν ἐμφαίνων καὶ τὸ σῶμα, τὴν κυρίαν καὶ τὴν οἰκέτιν), ἐὰν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἢ μὲν σάρξ δουλεύουσα, ἢ δὲ ψυχὴ ἐν ἀρετῇ προβαίνουσα· ὅπως μὴ τῇ ὑπερβαλλούσῃ σκληρουχίᾳ καταπονείσθαι καὶ ἀπολέγῃσθαι τοὺς πόρους τὴν οἰκέτιν· μὴτ' αὖ πάλιν ὑπὸ ταύτης πρὸς πάθη καὶ φιληδονίαν τὴν κυρίαν καταφέρεισθαι· ἀλλὰ συμφώνως τῷ Ἰσρ τῆς ἀρετῆς κανόνι συμπαραθῆναι ἀλλήλοις, καὶ συμπαραπέεσθαι. Ἐὰν γὰρ συμφωνήσωσιν

⁴⁰ Matth. xviii, 19.

(92) Καὶ τὰ πλείστον. Libenter rescripserim πλείστον. EDIT.

τὰ δύο ταῦτα, ἢ τε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, *περὶ παντὸς οὐ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς*, φησὶν ὁ Κύριος. Εἰ μὲν παρ' αὐτοῦ αἰτοῦμεν, δηλονότι ἀγαθὰ, γενήσεται. Εἰ δὲ τῷ διαβόλῳ δι' ἀμελεστέρου καὶ ἐμπαθοῦς βίου προσχωρήσωμεν, ὅπερ μοι δοκεῖ αἰτησὶν ὑπάρχειν τὸ ὑπόφορον αὐτῷ γίνεσθαι, σκολιὰ πάντως ἀποθήσεται ἡμῖν καὶ χαλεπὰ τὰ ἐπιτηδεύματα.

esse peccatio qua quis ei tributarius fiat : omnino nostra.

Ἀψώμεθα τοίνυν, εἰ δοκεῖ, καὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς καὶ διαθρύψεως, θαυμάζοντες τὸν σοφὸν τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτονα Θεόν· πῶς ἀρμόδιον αὐτῶν καταγώγιον τῇ λογικῇ ὁ ἀριστοτέχνης ἐδείματο, καὶ μόνον τῶν ὑπ' οὐρανὸν ζώων, ὄρθιον τὸν ἄνθρωπον παρήγαγεν, ἐξ αὐτοῦ παιδεύων τοῦ σχήματος, ἐκ τῆς ἄνω συγγενείας ἔχειν ἡμᾶς τὴν ζωὴν. Τὰ γὰρ ἄλογα πάντα κάτω πρὸς τὴν γαστέρα νένευε· βροτοὶς δὲ μόνους αὐτοφυῆς καὶ ἔτοιμος πρὸς οὐρανὸν ἀνάβλεψις, ὥστε μὴ ὑπάρχειν φιληδονον μὴδὲ κάτω νεύειν τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ διανεστῶτα ὑπάρχειν καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπειν, ἔχειν τὴν κίνησιν. Ἐπειτα τὴν κεφαλὴν οἰοῖ ἐπὶ γεωλόφου τοῦ σώματος θέμενος, ἐν αὐτῇ τὰς τιμίας τῶν αἰσθήσεων καθιδρύσατο. Τὸν μὲν ἐγκέφαλον μὴδὲ κύλικα πληρῶσαι κενωθέντα οἰοῦνται· σοφίαν δὲ Δημιουργοῦ πεπιστευμένου καὶ συνέσει τοῦ Θεοῦ βουλῇ καὶ συνέσει τεκταινόμενου τὰ συμπαντα. Ὅτι δὲ καὶ μέγιστόν τι πρὸς τὸ ζῆν ὁ ἐγκέφαλος, ἐναργῶς τὸ ἐξ ἐναντίας συμβαῖνον δηλοῖ· εἰ γὰρ τρώσιν ἢ ῥήξιν ὁ περιέχων αὐτὸν ὑμὴν ὑποσταίη, αὐθις ἔπεται παρὰ πόδας τῇ τρώσει ὁ θάνατος, οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαρῆς τῆς φύσεως ἀντεχούσης τῷ πάθει· ὥσπερ ἐν ταῖς ὑπ' ἄντροις οἰκοδομαῖς, ἢ ἐν τοῖς τῶν λουτρῶν ὄρφους, ὁ τὸ πᾶν τῆς οἰκοδομῆς συνέχων εἰς ὑπάρχει κορυφαῖος λίθος, ἐγκακροτημένος τῷ ὅλῳ, ἐν σφῆνα οἱ οἰκοδομοὶ προσαγορεύουσιν· οὐ δὴ διαβράγენტος ἢ ἀποκρουσθέντος αὐθις συγκατεσίθη τὸ ἅλον. Κάμνουσι τῶν φωστήρων· οἱ μάλιστα "Ἡλιος καὶ Σελήνη, τὰ ὑπερουράνια ἐν τῷ ἡμερονυκτικῷ παραθέοντες. Ὁ νοῦς δ' ὁ ἡμέτερος ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἄμα τῆς κάτω κτίσεως καὶ τὰ ὑπερκόσμια περιπολεῖ, δρόμον αὐτὰ περιθέων ἀκάματον, ὡς ἄθλος ἀδήλως ἀδύλα περιαιρῶν. Βραχεῖς τε καὶ ἀδρανεῖς δοκοῦσιν οἱ βόστροχοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς εὐκοσμίαν τῇ δέξιει τῆς κράνης ἐμπεφύκασιν, ἀποσοβούντες αὖραις τῶν ζώων τὰ λεπτότερα τοῖς φαλακροῖς ὄντα πολέμια, αἰ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπισοβίαν κινούντες. Ἀλλὰ καὶ πρὸς χειμῶνος κρυμὸν, καὶ ἡλίου φλογμὸν, αἱ τρίχες ἀντέχουσιν, οἰοῦντι ἄλλος ἢ δρυμὸς τὸ ὑποκειμένον σκιάουσαι, καὶ τὴν ἐπομβρίαν δεχόμεναι. Ὀφθαλμοὶ τὴν ὑψηλοτάτην σκοπιᾶν ἔλαχον, καὶ δύο μόνον τυγχάνοντες, πᾶσαν ὁρῶσι τὴν διακόσμησιν, ὥστε μὴδὲν αὐτοὺς ἐπισκοτεῖν τῶν σωματικῶν νόμων· ἀλλὰ βραχεῖα προδοῦν τῶν ἀφρῶν ὑποκαθήμενοι, ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐξοχῆς πρὸς τὸ εὐθέως ἀποτεινόμενοι, καὶ οἷον ἀκίσιν ἢ ραφίσιν ταῖς ἀκάνθαις τὰ λεπτὰ τῶν ζώων ἀποσεινόμενοι, καὶ τῇ συνεχεῖ τῶν βλεφάρων κινήσει τὰς κόρας συντη-

tem per hanc dejiciatur domina, sed ut cum consensu pari virtutis regula inter sese currant una, seque comitentur. Nam si consenserint ista duo, nempe anima et corpus, de quocumque rogaverint, continget eis, inquit Dominus, siquidem ab ipso petierimus, bona videlicet, contingent. Si vero per negligentiore et pravis affectibus obnoxiam vitam ad diabolium recesserimus : id quod mihi videtur perplexum habebunt et difficilem exitum instituta

Proinde attingamus, si ita videtur, etiam corporis opificium et articulatum commissuram, admirantes sapientem architectum universi Deum, quo pacto conveniens et aptum hospitium animæ rationali optimus artifex ædificaverit, et solum inter ea quæ celo subjecta sunt animalia, erectum hominem produxerit, per ipsam docens formam, ex cognitione superna nos vitam habere. Nam expertia rationis omnia deorsum ventrem versus se inclinant, hominibus autem solis a natura data et expedita contigit ad cælum suspectio, ne sit voluptati deditus, neque deorsum per vitia vergat, sed ut erectus sit et ad superna spectanda moveatur. Deinde caput velut in colle corporis ponens, in eo pretiosas sensuum sedes collocavit. Cerebrum ne quidem implere calicem vacuum posse plerique putant, cui tamen sapientia et prudentia opificia est credita Dei, qui consilio et prudentia fabricavit universa. Quod autem maximum quiddam ad vitam emolumentum afferat cerebrum, evidenter si quid adversum accidat, ostendit. Nam si vulnere vel ruptura continens ipsum membrana lædatur, mox e vulnere sequitur præsens mors, ne quidem ad momentum temporis dolori resistente natura : quemadmodum in subterraneis structuris, aut in balnearum tectis, qui totum continet ædificii, unus est summus lapis, infusus ipsi tholo, quem cuneum opifices ædium appellant, quo perforato vel revulso, illico concussus est totum. Laborant maxima luminaria solet luna, cœlestes plagas intra diem et noctem percurrentia. Mens autem nostra in puncto, in momento oculi una cum inferis creatis ambit et ultramundana, cursu in ipsis indefesso discurrens, velutique latens latenter latentia circumspiciens. Parvi et imbecilles videntur pili, verum et ipsi ad venustatem cuti capitis innati sunt, arcetes lenioribus ventis animalia munitiora calvis infesta, qui propterea semper manus suas ad arcendum ea movent. Quin etiam hiemis frigori et solis ardori pili resistunt, veluti nemus quoddam vel densa silva partem subjectam ombumbrantes, et imbrem excipientes. Oculi excelissimam speculam sortiti sunt, cumque duo tantum sint, nihilominus omnem cernunt mundi hujus ornatum, ita ut ipsis nihil rerum corporearum officiat, sed sub parvo superciliorum propugnaculo constituti, ex eminentia superiore directo extenduntur, et velut acubus aut subulis, nempe spinis minuta animalia excutiant, et continuo palpebrarum motu pupillas conservant, ardorem solis quasi ventilatione qua-

dam mitigantes. Eadem cum sint tanquam a calentibus usurpata oculorum velamina deflectunt intemperantiæ lasciviæque mortem, de qua Jeremias inter divinos vates multa pericula perpessus contestans, ait: *Ascendit per fenestras mors*⁴¹. Non enim modo corpus intactum, sed et oculorum radii servandi sunt incorrupti, neque ipsis ullo modo permittendum, ut impudenter irruant, et in alienæ pulchritudinis formas involent, ne ab aspectu ad ipsum actum ruamus. Nam secundum Domini sermonem, *Qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulterium cum ipsa commisit in corde suo*⁴². Quapropter virgines esse debent oculorum pupulæ, quæ idem cum virginibus nominis ornamentum sortitæ sunt. Sæpe numero enim quæ intra palpebras virgo erat pupilla, per ipsarum diductionem vagumque motum suum nutus et cogitatio scortationis facta est.

Exiguum quiddam inter omnia membra nostra est auris. Sed et istas exornat vicinum cymbalum, eisque solis inter creata cætera Dei mysteria creduntur. Estque auris tota in rotundum sinuoseque tornata, ne citius ingrediatur sermo, sed spatio longioris temporis immiutus, per ipsam excavationem prohibeat quominus ad imum materia mendacii penetret, sed una cum maledicentiæ stercoribus in partibus remaneat; nam virtutis quidem est in eo qui loquitur, non dicere falsa: in eo qui audit, probare quomodo quælibet dicta videantur, num quid affectus vel amici vel repugnantis admistum sit. Nam alter quidem non cernit acutum, alter autem prorsus non videt. Quod si alterutro horum defectuum ratio corrupta est, iudicio mentis quod in nobis est puniri et a pravitate repurgari debet per veritatem, quæ tortoris officio fungatur. Hoc enim docens de divino et fortissimo athleta Jobo historia inquit: *Mens quidem et auris verba dijudicat; guttur autem escas gustat*⁴³. Cum hoc autem consentiens divinatorum ille carminum auctor Davides inquit: *Eum qui clanculum mentiebatur de proximo suo, persequer*⁴⁴. Ipse autem universitatis hujusce Deus, servorum obsignans verba, in Evangelio inquit: *Estote nummularii probi, dijudicantes a bono quod adulterinum est*. Non ut instar nummulariorum sonum explorando excipimus, sed ut ponderantes pronuntiata illorum qui colloquantur, et eventus factorum, ad justam potius propendamus trutinam. Aurium enim et linguarum magnum quoddam periculum est: cum exiguum sit mombrum lingua, mendacii et veritatis, vel potius salutis et perditionis est officina, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*⁴⁵, et: *Lingua mea loquetur justitiam*, inquit divinatorum auctor carminum⁴⁶; et idem rursus: *Linguis suis dolose agebant*⁴⁷; et: *Lingua eorum sicut ser-*

ρούσι, τὸν φλογμὸν τοῦ ἡλίου διαβριπαζόμενοι. Τὰ δ' αὐτὰ οἷον θερῶσιν καταπετάσματα αὐτῶν ὑπάρχοντα, ἐκκλίνουσιν τὸν τῆς ἀκολασίας θάνατον· ἐν Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολυκίνδυνος μαρτυρούμενος, φησὶν, Ἀρέθη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων. Οὐ μόνον γὰρ τὸ σῶμα ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν δεῖ παρθενεύειν καὶ μηδαμῶς ἐπιτρέπειν αὐταῖς ἀναιδῶς ἐφορμᾶν καὶ περιπίπτασθαι τοῖς ἀλλοτριῶς κάλλεσιν, ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς θέας, ἐπὶ τῆν πρᾶξιν ὀρμησῶμεν. Κατὰ γὰρ τὴν θεηγορίαν, Ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμησθαι αὐτήν, ἤρῃ ἐμολχευσε αὐτήν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Παρθενεύειν οὖν χρὴ τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, ἰσωνυμίαν τῶν παρθένων τετιμημένας. Πολλάκις γὰρ ἡ ἐμπαρθενεύουσα τοῖς βλεφάροις κόρη, τῇ διαστολῇ αὐτῶν καὶ ἐκτῆς περιστροφῇ, νεῦμα καὶ νόημα πορνείας τὸ ἀντικρὺς ἐγένετο.

Κολοδὸν ἐκ πάντων ἡμῶν τῶν μελῶν τὸ οὖς κεχάλκευται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ διακοσμεῖ τὸ περιχέιμενον κύμβαλον, καὶ μόνον τῆς δημογυρίας θαρβέεται τῷ θεοῦ μυστήριζα, ἑλικοειδῶς ἐκτορευθὲν δι' οὐρα, ὥστε μὴ θάπτον εἰσδύειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν πλείονι χρόνῳ ἐλαττομένου τῇ τορεΐᾳ ἐπὶ τὸ βάθος τὴν ἕλην τοῦ ψεύδους, ἅμα τῶν τῆς κατηγορίας σκυδάλων προσκαταλείψαι ταῖς ὄχθαις. Ἀρετῆς γὰρ τοῦ μὴ φράζοντος μὴ ψευδογορεῖν, τοῦ δὲ ἀκούοντος δοκιμάζειν τὰ φάσματα, εἰ μὴδὲν προσπαθείας πάθος ἐγκέκραται. Ἡ μὲν γὰρ οὐκ ὀξυπαεῖ, ἡ δὲ ὄλωσ οὐχ ὀρᾶ· εἰ δ' ὀποτέρας λῶθη ὁ λόγος διέφθαρται, τῷ ἐν ἡμῖν κριτηρίῳ τῆς διανοίας τιμωρεῖν αὐτὸν καὶ ἀποξέειν τῆς κακίας, οἶονεὶ δημίῳ τῇ ἀληθείᾳ. Τοῦτο γὰρ παιδεύουσα ἡ κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ ἀνδρείστατον ἀγωνιστὴν Ἰωδ ἱστορία φησὶν· *Νοῦς μὲν καὶ οὖς ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σίτα γεύεται*. Συμφώνως δὲ τοῦτῳ δαδῖ, ὁ τῶν θείων μελωδός, φησὶ· *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πηλοσίου αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον*. Ὁ δὲ τῶν ὄλων θεός τῶν οικετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα, ἐν Εὐαγγελίοις φησὶ, *Γίνεσθε τραπέζιται* (93) *δοκιμοί, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκιμοῦ τὸ κέθηλεον*. Οὐχ ἵνα δικὴν τῶν κολυβιστῶν κομπήσαντες ἐν ἥχον δεξώμεθα, ἀλλ' ἵνα σταθμίζοντες τὰς ἀποφάσεις τῶν προσδιδεγομένων, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν πρᾶττομένων, ἐπὶ τὴν δικαίαν μάλλον βέψωμεν πλάστιγγα. Ὡτῶν γὰρ καὶ γλωττῶν πολὺς τις ὁ κίνδυνος, βραχὺ ὑπάρχουσα μέλος, ψεύδους καὶ ἀληθείας, ἡ μάλλον σωτηρίας καὶ ἀπωλείας τυγχάνουσα ἐργαστήριον. Ἡ γλώσσά μου κάλαμος γραμματέως δευγράφου, καὶ, Ἡ γλώσσά μου λαλήσει δικαιοσύνην, φησὶν ὁ τῶν θείων μελωδός. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός, *Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδόλευσαν, καὶ ἡ γλώσσα αὐτῶν ὡσεὶ ὄρυγος, ὡς ἀκιδων ὑπὸ τὰ χεῖλη αὐτῶν*. Συμφώνως δὲ τῷ περὶ ὁ τῶν θείων σοφός Σολομών φησὶ, *Ζωὴ γὰρ καὶ*

⁴¹ Jer. ix, 21. ⁴² Matth. v, 28. ⁴³ Job xii, 11. ⁴⁴ Psal. c, 5. ⁴⁵ Psal. xliii, 2. ⁴⁶ Psal. xxxiv, 5.

(93) *Γίνεσθε τραπέζιται*. De hoc celebri dicto, nupiam in sacris Litteris exstante, plura vide sis apud Cotelerium ad *Constit. Apost.* lib. ii, cap. 36,

qui et illud inter alia multa observat, hunc (α-απ) locum ex Palladii *De vita Chrysostomi* cap. 4, scriptoris Cæsario recentioris, fuisse effictum.

θανάτος ἐν χειρὶ γλώσσης · ὡσανεὶ ἀντὶ χειρὸς τὸν λόγον, ἀντὶ φασγάνου τὸν θόλον, φονέα παριστῶν, καὶ ἐν μῆ μερίδι τὸν ἀνδροφόνον καὶ τὸν δόλιον, τὸ θεῖον ἐψηφίσατο, καθὼς φησι διὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ, "Ἀνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. Ὁ δὲ Θεῷ βδελυκτὸς πάντως καὶ τιμωρητὸς · ὡς ὁ παραβρῖφεις σίδηρος ὑπὸ τοῦ ἰοῦ δαπανώμενος, καὶ ἔξλον ἢ ἐσθῆς ρυπαρὰ τυγχάνοντα καὶ βδελυκτὰ τῷ δεσπότῃ ὑπὸ τοῦ ἐγκειμένου αἰσχύος καταφθίρεται · ἢ ὡσπερ οἶκος τῇ ἐγκαταλείψει τοῦ ἐνοικοῦντος ἐρημκούμενος κατὰ μέρος φθίρεται · παραπλησίως μοι δοκεῖ καὶ βροτὸς Θεῷ βδελυκτὸς τῇ θείᾳ ἀποστροφῇ ὑπὸ τῶν ἐγκεκραμένων αὐτῷ κακῶν ἀκούμενος τιμωρεῖσθαι, τῆς ἀποφάσεως, τῆς, "Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ καταχραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καταλλήλως τῶν ἡμαρτημένων ἐμπεισοῦσης τοῖς ἀκουσομένοις. Τότε τοὺς μὲν οἶονεὶ ἄνθραξ ἐν ἀχύροις ἐμπεισῶν διασμηχεῖ καὶ διαφλέγει αἰωνίως, μήτε φθίρουσα, μήτε φθειρομένη διὰ τὸ ἀφθάρτους ἡμᾶς ἐκ τάφων ἀνίστασθαι · τοὺς μὲν δὲ δικαίους ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀναπαύσει, καὶ πάσῃ ἐξουσίᾳ μένειν ἀφθάρτους διακονοῦντας, τοὺς δὲ ἀμαρτήσαντας αἰωνίως τιμωρουμένους, μὴ φθίρεσθαι, ἀλλὰ περιεῖναι ἐν τοῖς ἀφωρισμένοις τόποις, ἀσχάλλοντας, ἀμηχανοῦντας, ἀδημονοῦντας, ἀλγούντας, ὀλοφυρομένους, τρυχομένους, κοκκύνοντας, δακνομένους, τιλλομένους, ἀλαλάζοντας, ἀραττομένους, μηδὲν λοιπὸν θυμαμένους, τὴν νῦν καιρὸν τῆς μετανοίας παρωσαμένους, τοῖς θεομένοις τὰ ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ σπλάγχνα ἀποκλείσαντας. Ἀνίστως γὰρ ἢ κρῖσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος, φησὶν ἢ θεία φωνή · τοῖς δὲ καὶ σκότος ἐν ἐξωτέροις ἐλαύνων τόποις ἢ τοῦ κριτοῦ ἀπόφασις γίνεται, τοὺς αἰτίους μαστιγοῦσα καὶ ἐξελαύνουσα · ὡς ἢ κατ' Αἴγυπτον ἱστορία παιδεύει · μίαις μὲν γινομένης τῆς θείας ἀποφάσεως, καταλλήλως δὲ τῇ προαιρέσει τῶν ἀκούοντων ἀρμοστομένης · Αἴγυπτίους μὲν ἐν τῷ Φαραῶ τιμωροῦσα, Ἰσραηλίτας δὲ τῷ Μωσῇ διασώζουσα. Τοῖς μὲν γὰρ φοινίξας τὸν Νεῖλον αἶμα ἀπέδειξε πρὸς τιμωρίαν διψοῦς, τοῖς δὲ ὕδωρ αἵκτον φύσιν ἐφύλαξε, τοῖς μὲν τὸ ἡμερινὸν φῶς εἰς σκότος ψηλαφητὸν μετέστησε, τοῖς δὲ ἐπὶ τοῖς ὄροις τὸ φῶς διεφύλαξε · τοῖς μὲν τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος πρὸς διδάσασιν διεχέρωσε, τοῖς δὲ αὐτὸ ἐπισυνάψασα, οἴχεσθαι ὑποδρυχίους φθαρέντας κατέλιπε. Παραπλησίως καὶ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων καμίνου, μίαις ἐνεργούσης ἀποφάσεως, οἱ μὲν τρεῖς Ἑβραῖοι παῖδες οἶονεὶ ἐν μέσῃ δρόσῳ τῇ φλογὶ διέσκαιρον ὕμνοῦντες, οἱ δὲ τῇ ὑποβολῇ τῆς βλαχῆς ὑποτρέφοντες καὶ ἐπὶ τεισσαράκοντα ἐννέα πῆχους κορυφοῦντες τὴν φλόγα, ὅτ' αὐτῆς θᾶπτον μέχρι κόνεως κατεφλέθησαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν χέρσον Ἰσμεν τῷ θείῳ πειθομένην προστάγματι, διασχοῦσαν τὸν Δαθᾶν καὶ Ἀθειρῶν πρὸς τιμωρίαν ἐνυποδέξασθαι, τοὺς δ' ἀναιτίους φέρειν κατὰ φύσιν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὕρᾳ. Οὕτω δὲ καὶ τὸν δύστηνον Κάϊν, ταῖς ἀκοαῖς ἐμπεισοῦσα ἢ θεία ἀπόφασις, τιμωρεῖται λέγουσα,

· *penitis, venenum aspidum sub labiis eorum* ⁵⁰. *Asentitur et patri divinarum rerum peritus Salomon his verbis: Vita enim et mors in manu linguæ* ⁵¹: *quasi pro manu sermonem, pro gladio dolum, homicidam in medium producat Deus, in eodem loco ac numero homicidam et dolum ponit, quemadmodum et magni Davidis ore dixit: Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus* ⁵². Quem vero censet abominandum Deus, is plane supplicio multandus est. Quemadmodum et ferrum abjectum, a rubigine exesum, et lignum aut vestis quæ abominanda sunt domino suo, a sordibus quibus scatent, absumuntur; aut, quemadmodum domus, quod inquilino sit destituta particulatim destruitur. Pari ratione mihi videtur et mortalis, qui abominioni est Deo ex aversione divina malis oppressus quibus inquinatus est puniri, cum in eos sententia lata fuerit illa qui audient: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* ⁵³, qui pro meritis eorum quæ admiserint peccatorum plectentur. Tum vero alios quidem tanquam in paleas incidens carbo perpurgat et exurit in perpetuum, neque corrumpens, neque corrupta. propterea quod ex sepulcris nos incorruptibiles exurgemus. Justi autem in securitate ac requie, omni libertate donati permanent in perpetuum immortales. Qui vero se peccatis obstrinxerunt, dum suppliciis puniuntur æternis, nec corrumpuntur nec intereunt, sed in designatis locis super sortes permanent, inærentes, in angustias redacti, tristes, dolentes, lamentantes, excruciat, lugentes, afflicti, ululantes, vexati, nihil deinceps agere valentes, qui præsens penitentiam tempus rejecerunt, qui pauperibus facultates suas, sibi vero divinæ misericordiam viscera occluserunt. *Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam*, in exterioribus vexant locis, ex sententia quæ reos flagellat et exagitat, prout historia de Ægyptiis nos edocet ⁵⁴, dum una quidem fertur a Deo sententia, sed ad propositum tamen ac meritum eorum qui audiunt accommodatur. Nam Ægyptios quidem in Pharaone castigat, Israelitas autem Moysi conservat incolumes, siquidem illis Nilum rubro colore perfusum in sanguinem vertit, ut siti punirentur, his vero integram aquæ naturam illibatamque servavit; illis quidem lucem divinam in tenebras mutavit palpabiles, his vero intra limites suos lucem conservavit; illis Erythræum mare ut transiri posset, in continentem convertit, his vero rursus coalescens illud objecit, ut in illud ingressi fluctibus immersi perierint. Pari ratione in fornace quoque Babylica ⁵⁵ cum una sententia operaretur, tres quidem Hebræi pueri tanquam in medio rore in flamma tripudiant, et hymnos canebant; at qui eam materia injecta fovebant, et ad altitudinem quadraginta novem cubitorum evehebant, confestim ab ipsa combusti atque in cineres sunt

⁵⁰ Psal. cxxix, 4. ⁵¹ Prov. xviii, 21. ⁵² Psal. v, 7. ⁵³ Matth. xxv, 41. ⁵⁴ Jac. ii, 13. ⁵⁵ Exod. vii, 20. ⁵⁶ Dan. iii, 20.

